70

Precetti Rettorici

e Versi Latini

di Leonardo Pontello

di ~~PP. Barnabita~~

in Udine

Liber preceptor, necnon Synonimor, editus à me Leonardo Portello.

1639.

Lasciare queste carte

incollate

Synonima Substantiuorum

Aer	Iupiter, aura, aether, nubes, uel inane, uel aethra
Ager	Arua, nouale, solum, gleba, rus, iugera campus
Agricola	Rusticus, agrestis, ruris[q]; colonus, arator
Amor impurus	Flāma, Cupido, Venus, furor, ac lasciuia, Luxus Luxuria, illecebre[q]; libido proterua, amores.
Amor	Flāma, calor, feruor, fax, aestus, et ignis, et ardor.
Angelus	Aliger, ac genius, Coeli Legatus, et ales
Animus	Cor, uigor, ac uirtus, pectus, generosa uoluntas
Antrum	Antra, cauerna, specus, spelea, cubile, recessus Lustra[q]; cum latebris, spelunca, uorago, tenebre
Aqua	Fons, aqua, lympha, latex, humor, liquor, unda
Arbor, et frondes	Crine, coma, arbor, folijs uiret, atq; capillis; Radix, ac truncus, cortex, et brachia pars sunt Laurus ouat, uictrix palma ē, ac myrtus amatrix Pro ratibus seruit abies, cum pinus, et alnus Iuniperus, Cedrus cariem fugit, atq; cupressus Vmbra iuuat platani, fecunda[q]; ficus, oliua est
Aratrum	Buris, aratra, iugum, stiua cum uomere, rastra
Arma	Pila, sarissa, asta, cum lancea, gesa, bipenis Cum telo iaculum, cum spiculo, arundo, sagitta Pugio, mucro, ensis, gladius, subacinace, cuspis
Scutum	Scutum, Parma, umbo, clipeus, lorica, calips[q];
Palea	Crista, iube, Palee
Menia	Munim[ina]. tum, ager, sunt propugnacula ualla
Auis	Alituum genus, et uolucris, grex, peniger, ales
Auium Sedes	Hospitium, cuna, nidi, casa, tecta, cubile

Auxilium	Praesidium, fauor, ops, uires, tutela, leuamen, Perfugium, solamen, et ara, iuuamen, asilum.

B

Bellum	Praelia, conflictus, Mars, et certamina, pugnae.
Bellica uexilla	Minotauri, aquilae, gryphes, sonipesq. dracones.
Belli signa	Timpana, classica, cum lituis, tuba, buccina, cornu
Belli machinae	Vinea, testudo, balista, aries, catapulta
Bos	Bucula, cum uitula, bos, taurus, iunge iuuencus
Benignus	Pacatus, mitis, blandus, comis, facilisq.
Beneficium	Officium, munus, meritum, benefactaq. donum.

C

Coelum	Astra, aether, Coelum, polus, axis, sydus, olympus.
Canistrum	Fiscina, fiscella, calatus cum corbe, canistrum.
Cantus	Musica, et oda, melos, carmen, modulatio uoces.
Cantus instrumenta	Fistula, arundo, tuba, calamusq., et auena, cicuta, Cum cithara testudo, chelys, lyra, barbitos adsit Plectra, fides, calami, pecten digitiq. ferirent
Catena	Sunt manicae, pedicae, compes, sunt uincula nodi
Causa	Principium, atq. caput, causa, fons, et origo.
Cibus	Esca, dapes, epulae, cibus, et conuiuia, mensis.
Clades	Pernicies, damnum, exitium, dispendia, noxa
Clamor	Vox, murmur, strepitus, fremitus, clamorq. tumultus
Coniugium	Connubium, torus, thalamus, fax, taeda hymeneus.
Conspectus	Os, facies, uultus, gena, mentum, lumina, malae

Corona	Infula cum serto, diadema, corona, tiara.
Crudelis	Trux, immanis, atrox, truculentus, barbarus, asper.

D

Desiderium	Spes, ardorq; fames, sitis, expectatio, votum
Dolus	Vafricies, dolus, insidie, fraus, techna, vel astus
Domus	Hoc aedes, limen, sedes, lar, tecta, penates;
	Atria, regalesq; aule, palatia, ~~turres~~ turres;
	Mandra, casa, tuguri culmen, magale, mapale

E

Exercitus	Agmen, turma, fallanx, acies, legioq; caterva
	Copie, et ala, cohors, bellator, astra, maniplus
	Miles ad hoc, pugnator, eques, pedes, atq; sagatus

F

Famulus	Assecla, verna, puer, famulansq; pedisequa servus
Flores	Lilia, flos, bellis, viole, rosa, caltha, Ligustrum
	Narcisus, cyanus, iacynthus, nardus, acantus
	Solsequiumq; amarantus, amaracus, atq; Papaver.
Filius	Progenies, soboles, stirps, proles, nata, propago
Forma	Forma, decor, species, ornatus, grata venustas.
Fluvius	Stagna, palus, torrens, lacus, amnis, flumina, rivus
Fucus	Pigmentum, stibium, minium, cerussaq; fucus

G

Gemma	Purpureus amethystus, cyanusq; et acates
	Crysolithoq; pyrope, micans, veryllo, adamasq;
	Jungens infractus, iaspisq; virensq; smaragdus

H

Helluus	Ventripotens, gurgesq; vorax, lurco, atq; barathrum.

1

Herba	Herba, torus viridis cespes cum gramine muscus
Honores	Fama, decus, tituli, laus, gloria, nomen, honores
Hostis	Nos inimicus atrox premit, adversarius, hostis.

I

Ignis	Flāma, ardor, calor, ac fervor, incendia et æstus.
	Vulcanus, scintilla, focus, caligo, favilla.
Ignominia	Dedecus, obrobium, pudor, ac infamia, probrum
Inconstans	Mobilis, inconstans, varius, mutabilis, anceps
Infernus	Tenerus, ac erebus, stix, Tartarus, orcus, avernus
Insanus	Vecors, ac stolidus, fatuus, delirus, et amens
Invidus	Lividus, obtrectator, et æmulæ, zoile, celelas
Ira	Ira, æstus, rabies, furor, indignatio, bilis.

L

Labor	Cura, labor, studium, vigilans solertia, sudor.
Lacryma	Stilla, imber, ros, gutta, latex, aut lacryma gēma
Lectus	Strata, torus, thalamus, lectus, conclave, cubile
Lex	Fas, æquum, ius, decretum, lex, regula, pactum
Liber	Charta, volumen, opus, fasti, pagella, papirus.
Lis	Iurgia, lis, rixa, convicia, prolia linguæ.
Litteræ	Cera, tabella, nota, vel epistola, littera, scriptum
Littus	Cum portu, ripa, margo, oraq; litus arena.
Loquella	Dictio, vox, verbum, ac oratio, sermo, loquella
Luctus	Lamentum, lacryma, gemitus, suspiria, planctus
	Cum questu, luctus, ululatus, iunge querellas.
Lusus	Lude pilā, disco, cursu, luctā, atq; palestra
	Turbo placet, puerisq; nuces, trochus, atq; flagellum

Lusc

Lux	Lux, iubar, et fulgor, radius, cum lumine splendor
	Fax lampas, tæda, ac cera funale lucerna.
	M.
Macula	Labes, signa, nota, nœui, cauteria sordes
Mons	Collis, apex, cautes, rupes, iuga, mons, scopulusq.
Monstrum	Prodigium, monstrum, portentum, degener ortus
Morbus	Contages, pestisq. lues, infectio, tabes
Mors	Mors, letum, interitus, obitus, nex, fata, cinisq.
	Vrna, rogus, tumulus, funus, libitina, feretrum
	Vstaq. cum cumulo, marmor, monumenta sepulcrum
	Nænia, et exequiæ, lacrymæ, funebria, iusta
	N.
Nauis eiusq. partes	Nauigium, classisq. biremi, iunge triremem
	Et scapha, cum lembo grate, cymba, lintre, phasello
	Puppis, prora, carina, abies, trabs, pinus, et alnus
	Remigium, remus, tonsa, vel palmula, clauus.
	Carbasa, vela, ala, vel suppara, lintea, lina
	Malus, et antenna, uncus, et ancora fida rudentes
Nauta	Nauita cymbis agit, Palinurus, portitor alnum
Nobilitas	Nobilitas, aui, cera sub imagine signa
Nubes et nox	Nubila, nimbi umbra, nebulæ, caligo, tenebræ
	O.
Onus	Sarcina, pondus, onus, moles cumulans acerbus
Oriens	Phosphorus, eous, oriens, aurora, vel ortus
Osculum	Oscula da pressis, da suauia basia labris.
	P.
Parentes	Maiores, proaui, patres, stirps, gentis origo.
Pascua	Pascua, prata, herba, cum pabula gramina campi

Pastor

Pastor	Opilio, pastor, capronius, atq. bubulcus.
Presul	Praesul, et antistes, et pastor, episcope, Papa,
seu Pontifex	Pontifici iunctus, flamen, tum myrta, sacerdos
Pauper	Pauper, egenus, inops, nudus, mendicus, inanis.
Peccatu	Noxa, nefas, vitium, crimen, scelus, error, et ausus
	Flagitium, facinus, delictum, culpa nefanda
Peccator	Sons, reus, atq. nocens, scelerate, et noxie, nequam
Pellis	Exuviae, spolium, pellis, ac tergora, villus
Piger	Deses, iners, socors, segnis, piger otia quaerit.
Piscis	Delphines, ceti, phocae, balenaq. piscis
	Lucius, anguilla, muraena, mullus asellus
	Auratae gobiq. salmonis, hostrea, congri
	Capito, et carpio
Pocula	Coila, calix, cyathus Patera
Preces	Supplicium, atq. preces, oro, vota, querella.

R.

Regnum	Imperium, sceptrum, moderamen, habena, potestas
Regia ~~aula~~	Regia, Lina, plaga, calamus, nassa, amus arundo
Regis vestes	Regem ornet murex, ostrum, vel purpura coccus

S.

Sanguis	It cruor, et sanguis, sanies ex vulnere dubum
Senex	Decrepitus, cani senium, nequam, atq. senectus.
Senatus	Ordo, magistratus, proceresq., patresq. senatus
Sensus	Mens, animus, seu iudicium, sententia, sensus.
Serpens	Vipera, aspis, hydrus, coluber, draco, cum angue ~~crasta~~
Seges	Far, frumenta, satum, fruges, cum mese, ceresq. crasta
	Cum spica, calamus, stipula, cum palmus arista

Solatiu

Solatium	Fomentu, auxilium, solatia, opisq. leuamen
Statua	Effigies, signum, species, simulacra, et imago.
Stabulum	Septa, et arte, stabulum, mandreq. et ouilia caula
Sylua	Sylua, nemus, saltus, lucus, vel Thessala tempe
	Vepres, atq. rubi, dumi, uirgulta, frutecta

T.

Tempestas	Tempestas, fluctus, furor, oestus, turbo, procellae
Terra	Terra, solum, tellus, mundus. globus, orbis, humusq.
Timor	Formido, pauor, atq. metus, trepidatio, terror.
	Hinc tremor, et sudor, pallor, stupor occupat horror
Tristitia	Moeror, dolorq., luctus, agrimonia

V.

Vas	Amphora, testa, cadus, uas, pocula, dolea, et utres
Ventus	Ventus, flabra, Euri, Notus, aura flamina flatus
	Vulturnus, eurus, cacias hortum tenent,
	et hosia, Fauonius, zephirus habent
	Solem cadentem: ut affricus, caurus, truces.
	Aduersus auster, borea, et aquiloni notus.
Vellum	Tegmina, tela, sinus, uestis, uelamen, amictus.
Verbera	Verbera cum plagis, flagra, florum uirga, flagella
Vestis	Militiae clamisq., saga, rheno, et abolla, lacerna.
~~Pallia~~,	Palia, laena, toga, tunica, stolla, penula pacis
	Castula, palla cyclas, strophium, multicia, mantha
Victoria	Ille triumphat, ouat, cui laurus adorea palma est.
Vinum	Massica, uina, merum, Bacchusq. falerna lyaeum.
Vinea	Vinetum, uites, palmes, uindemia, botri.

Vis

Vis | Vis, uirtus, uigor, ac robur, uiolentia, nerui.
Vlua | Juncus, et alga, leuis, canna, ulua, ac uimen arundo.

Finis Synonimor Substantiuor

Fontes Epithetorum.

Quis, quid, agens, patiens, quantumq;, ~~ubi, qualis~~. ubi. qualia, tempus.

Fons primus. Si interrogaueris, quisnam fecit. u.g. arma? R.bis Vulcanus, Cyclops. Dicas ergo arma uulcanea, cyclopea

Fons 2dus. Si interrogaueris quid res sit, primo ex qua materia facta u.g. arma. R.bis tibi, ex ferro, ex argento. Dicas ergo argentea, ferrea.
2do. quam habeat formam u.g. arma. R.bis Toracis, Galea et quidem Cristata. dicas ergo arma cristata, et c.
3o. quaeras quis finis sit. u.g. armorum. R.bis bellum, uictoria, dic igitur bellica, uictricia.

Fons 3.us Agens. quid scilicet illa res efficiat. u.g. arma. R.bis profundunt sanguinem, uastant urbes. Dic ergo sanguinolenta, uastantia.

Fons 4.us Patiens. quare quid patitur res, uel quomodo tractatur u.g. arma, solent cudi, proijci, agitari. Dic igitur cussa, proiecta, agitata.

Fons 5.us Quantumq;, an res scilicet sit longa, alta, lata, profunda, et c.

Fons 6.us Qualis. Considerabis, an res sit animata, uel inanimata: si fuerit animata sicut homo, poteris te ipsum interrogare, qualis sit, quo ad animum. R.bis sapiens, astutus, animosus.
Item quo ad affectiones, et passiones. R. cupidus, iracundus, audax et cet.
Item quo ad uirtutes, et uitia, et R. deuotus, pius, impius.

Item

Itē quo ad sensus corporis, et R. uisu acer, lingua promptus, et c.
2.do quoad formam extrinsecam corporis, et R. formosus, robustus, et sanus, et c.
Sic de animalibus sensitiuis, eodem modo te interrogabis solum omitten=do uirtutes, et uitia, intellectus, et discursus.
Si fuerit res non sentiens, sed tamen crescens interrogabis te p.o quo ad interiorem uirtutem, et R. quod sit salubris, uenenata, amara, dulcis.
2.do interrogabis qualis sit, quoad formam externam, et R. uiridis, flo=rens et c.
Si fuerit res, quæ non sentit, nec crescit, sicut lapis, examinabis uirtutem intrinsecam, an scilicet aliquid boni, uel mali operare possit.
2.do quoad formam extrinsecam, de qua supra ē dictum. Cum hæc n̄ habeant sensus, possunt illa considerari quid faciant in nostris sensibus u. g. arma R. sunt uisu splendida, auditu horrida, tactu grauia. Ergo R. ē gustu dulcis, uel amara, aspectu iucunda, tactu molis, et c.
Fons 7.us Vbi. Considera locum, ubi res orta, inuenta, aut usurpata sit u. g. arma. et R. in Ætna, in Sicilia; dicas igr Ætnea, Sicula.
Ita Nota te sic posse locum celebrem pro quouis alio accipere per sinecdochen u. g. falernum uinum, pro quouis alio bono uino
Fons 8.us Tempus. Considerabis, an subitò, improuisò, an noctu facta sint, hinc dices arma subita, nocturna, et c.
Fons 9.us addi potest rei adiectiua, quæ personæ conueniunt, transferantur per Metonomiam ad rem.

In

In persona autem maxime hos duos fontes examinabis (quis, et qualis) quaeris igitur quis est ille armatus. R. gigas, heros, rusticus, etc. R. igitur gigantia, heroica, rustica, etc.

Hic poteris iterum uti Synecdoche, si scilicet inquiras personam, quae huius rei sit vel inventor fuit, vel in illa tractanda excellens. u. g. arma Mavors, Achiles, Hercules. Dic ergo Mavortia, Achilea, Herculea.

Quaeris 2do. qualis est iste miles. R. ferox, sceleratus, etc. Dicas ergo arma ferocia, scelerata.

Item poteris interrogare quid iste rusticus agit, quid patitur R. furit, timet, etc. Dicas ergo furibunda, timentia, etc.

Item ab alijs rebus, quibus res tua praesens, u. g. arma, similis est, epitheta accipere poteris. Arma sunt similia fulmini, dic ergo fulminea.

Si pro aliqua persona epithetum quaeris, poteris accipere ab avis, proavis, sic dicitur Aeneas, Anchisiades à Patre; Dardanius à Proavo, Cythereius à Matre Venere, Illiacus à Patria Illia, et Phrygium.

Finis fontium

Modus quamlibet propositionem amplificandi.

Primus ē, si totum distribuas per ōes, vel aliquas suas partes. v.g. totus vulneratus ē. Caput illius scissum, manus truncata, pectus transfossum.

Cui modo similis ē, quando genus explicas per suas species v.g. vulneratus ē ferro, fissus ē secun, transfixus hastā, traiectus globo, framea sectus.

Si propositionis substantivum, vel verbum significet speciem certā, aut partem amplificabis illam adiungendo illi genus, vel totum v.g. gladio sectus ē: propone illi alteram constructionem, nec sine vulnere ipse domum rediit, cum gladio in brachio sectus sit.

2.dus modus ē, si enumeraveris cām, vel cāas cuius rei v.g. vulneratus ē taliter, qa fregit vitrum, et mala verba dedit hospiti

3.us modus ē, si enumeraveris antecedentia v.g. pr.o venerunt ad hospitium, inde curarunt sibi afferri vina, potare egregiè, tandem vitra frangere, et contendere.

4.us est, si enumerent comitantia, seu circumstāas. Circumstāa rerum sunt locus, tempus, occasio, instrumentum, modus agendi. Circumstāa personas sunt natio, patria, sexus, educatio, aetas, et scientia, dotes corporis, fortuna, iudicio, animae, et nāa studium, ante acta consilia v.g. vulneratus ē in sera nocte, in ipso cubiculo, multis hostibus obrutus.

5.us modus ē, si enumeraveris effectus, et consequentia, qua inde sequuta sunt, vel sequi possent, aut possunt.

Verum

Deriuata, quæ quantitatem eorum, à quibus
deriuantur non seruant.

Syllaba p.a licet in primitiuis longa sit, corripitur in arena, et arista ab areo, acerbus ab acer, Bonitia à Bonus, curulis à curia; dicax à dico, cis, disertus à dissero, nomen ducis, et reliqui obliqui à duco; fatuus à fatu, fragilis, et fragor à frango, figulus à fingo, frigidarius à frigidus, glomero à globus, labefacto à labe, lotium à lotum, lucerna à luceo, mamilla à mamma, molestus à mole, motacilla à motu; noto, as, et nocato si à notum; odium ab odi, offella ab offa, pugil à pugnis, pusillus à pusio, quasillus à qualus, quater à quatuor, sabini à Sabo, sagax à sagio, scapula à scapo, selibra à semilibra, stabilis à statum, tegax à tango, titulus à tuendo, uitium à uitando, uadum, et uado das si à uado, dis; Corripitur 2.da syllaba, quamuis in primitiuis sit longa in agnitus, et cognitus à notus, blanditia à blandiens, dejero, et pejero à iuro, extimus ab extremus, indagus ab indago, as, nihilum ab illum, naufragus, ossifragus, etc. composita à frango, pronubus, innubus, subnubus à nubo, Quintilianus et Quintilus à Quintili, Sextilianus à Sextili, sonitus à sonitum seruitus, et seruitium à seruitum, uerecunda à uerecundus; et tertia in causidicus, fatidicus, etc. composita à dico, cis.

Variant

Variant ùo 2.dam licet à primitiuis longis affatim à fatu, cònubiu à nubo, naufragium, et suffragium pronuncior à uocca

---

De Chria.

Cap. i.

Quid sit Chria, quotuplex, et quæ eius partes.

Definitio Chriæ

Quæris p.o quid sit Chria? R. Chria ē dicti, uel facti alicuius, aut dicti, et simul facti breuis commemoratio.

Chria ē dicta à uerbo χράομαι, quod significat utor, uel à χρήσιμος quod ē utilis, aut necessarius; inde Chria dicitur quasi usus, aut necessitas, quod maximè sit utilis, et necessaria. Triplex ē autem Chria, uerbalis, actiua, et mixta. uerbalis ē in qua dictum aliquod, uel sententia alicuius auctoris tractatur. u. g. illa Horatij dulce, et decorum ē pro patria mori.

Secundo. Actiua ē, in qua factum aliquod, uel præclara alicuius actio cōmemoratur. u. g. Beati Aloysij, cum ipsum funiculi in flagellum deficerent cora canum adhibuit.

Tertio mixta ē, quæ dictum aliquod in actu aliquo factum cōmemoratur, simulq dictum cum facto coniungitur. V. g. Maximiliano Imp.ri oblatum à Venetis munus utreum cum manibus consulto dimissum in terram lapsum, confractum adiecit Imp.r, fortuna uitrea ē cum splendet frangitur.

II

Nota Chriam aliter pōe diuidi in exornatiuam, deliberatiuam, et iudicialem; sicut apud oratores òratio diuidi solet.

exornati

exornativa erit, qua dictu aliquod, vel factum solum laudatur, aut vituperatur, deliberativa erit, qua facti alicuius suadetur, aut dissuadetur, emulatio, aut id, quod sententia dicit auditorib. suadet, vel dissuadet; iudicialis denique erit qua alicuius pro bono factum vel dictum accusat, vel deffenditur.

Queres quot partes sint Chriæ? R. cõiter assignari octo. Prima Exordium, sive laus facti, vel dicti, vel facientis, vel dicentis. 2.a Paraphrasis, sive expositio. 3.a Causa 4.a contrarium, 5.a similitudo, sive parabola, 6.a exemplum, 7.a testimonium. 8.a epilogus. — octo partes Chriæ.

Cap. 2.

De exordio Chriæ.

Non placet mihi comunissimum illud tritissimumque exordiorum genus, quod cõiter adhiberi video, quo laus auctoris ita explicatur, multas quidem eum sçculisque posteris celebrandas protulisse sententias; hanc tn̄ eẽ pre caeteris ãis imprimendam; hoc inquam n̄ placet, quia hoc ipsum exordium ad ões omnino verbales Chrias posse adhibere quod in oratoria ẽ vitiosum. Itaque malim ego, ut exordium ducas a substracta sententia, hoc ẽ ab illa mãa, virtute, vel vitio, de quo sententia agit, auctoris autem laudem tamen indirecte insinues. V. g. Seneca dicit, maxima vitæ iactura dilatio ẽ, de hac sententia Chriam facturus inspice quis eius sit sensus nempe hic. Nos hoies in hac vita plurimum boni perdimus, quia bonum agere differimus. Itaque mãa illius sententiæ ẽ dilatio

bonorum

bonoz. iam ĝo incipe posses sic alloquendo ipsum auctorem.

Intellexisti profecto diuinissime Seneca, quanta ex una di=
latione mortalibz accelleren̄z mala, dum auribus nostris intonuisti,
maxima uitæ iactura dilatio ē. uel

Nisi perspicatissimo tuo intellectu Romane sapiens in ea
iam damna speculasses, quæ ex turpi dilationes ueterno mortalibz
imminent, nunquā illud posteritati tam luculenter reliquisses, maximam
uitæ iacturam eē dilationem. Vel ad auditores à contrario.

Pudet me socordiæ uestræ, iacentisq. ueterni auditores
dum audiam illam Philosophi sententiam in aīum suum, maxima
uitæ iactura, et c. uel laudando auditores.

Dum in oēm boni occasionem intenditis auditores uir=
tutis uestræ pulchritudine eius uitij turpitudinem detegistis, à
quo maxima in uitam nostram manare incōmoda Seneca
sentiebat dum dixit. maxima uitæ iactura, et c. uel ex abrupto.

Quousq. tandem desidiose sepulti ueterno ad melioris uitæ
solamen caligamus! nempe n̄ intelligimus, quod sapientissime
quondam pronunciasti Seneca, maxima uitæ, et c. uel à māa ipsa.

Si quanta ē dilationis pernicies ~~[illegible]~~ tanta nobis ad eandē
intelligendā āi eēt ~~[illegible]~~ perspicacia, oīs omnino in id unum
orbis collaboraret, ut quā tot iam sæculis supinus iacuit in
desidia eandem demonstrata per Romanum Philosophum: maxi=
ma uitæ iactura excuteret. uel facta cum alijs malis, aut
uitijs comparatione.

Etsi infiniti propemodum sint in humana uita loqui
quibz in auia deducti mortales āi in ruinas præcipitanz nullum
ōn ex oīi genere tantā nobis ad fine iacturā agnouit Seneca,

quantam

quantam orbi ant. saeculis turpissimum attulit dilationis veternum. His et similibus modis facile erit Thema inetto= are, plures si requiris figuras inspice toto modos habebis, quot figuras.

Cap. 3

De paraphrasi, siue expositione.

Paraphrasis e explicatio, siue expositio sententiae, quam tractandam assumpsisti quod fieri pot, vel repetendo ijsdem verbis paululum imutatis, vel alijs, eius[q.] propijs idē significantibus. V. g.

Quo breui, Laconicoq. dicto quid aliud voluit vir sa= pientissimus, quod frequentes illas, quo in dios diuinitus imittunt de meliori suscipienda vita cogitationes n. sine maximo negligentis damno differri poe, aut contemni.

Quaeres si Thema sit actiua, quod sit munus expo= sitionis, cum tunc nulla sit explicanda sententia. R. tunc munus expositionis e narrare factum, et illud ostendere, cuius virtutis, aut vitij sit. V. g.

Subripuerat paterna sollicitudo Aloysio funes, qui bus in suum ipse tergum consueverat desaeuire: qd agat edomandi sui ipsius auidissimus adolescens. canibus in qd sunt sua lora. hoc nostro seruiant desiderio: Dixit, lora canib. diripit, suas se in tenebras abdit. toracem ponit, nudus athleta decertaturus, in genua procumbit, victor surrecturus; verbera intorquet palmas elaturus. Post hanc nar= rationem subiunge iam cuius hic actus sit virtutis, vel vitij, quid hoc exemplo indicet. V. g. Ostendisti praeclaris

simo

simo exemplo generose athleta carnem domesticum nobis ēē hostem, iteratis verberum ictibus ēē subigendam.

Queris 2.do aliquos modos, quibus expositionem cum exordio possis connectere R. Eos, aut similes adhiberi p̄ōē.

Primo. quam cum in alios revocatis sententiam, illud quoq. concludite Di.

2.do Quam cum auribus infunderet sententiam, illud profundius animis volebat insculptum D.

3.o Qua quidem sententia illud agebat unum, etc.

4.o Quam cum audimus sententiam, sapientiæ illud erit nostræ animaduertere &c

5.o Quod illi si hoc quoq. saeculo reperire dicam concederet, illud omnino animis nostris insculperet altius. &c.

6.o Age dum sapientissime (V. g. Seneca) habes hoc etiā nunc saeculo tuor avidos documentor animos. succende in omnium pectoribus fulgentissimam illam tua sententia flammam, quo discamus tandem aliquando, etc.

7.o An quidquam vel speciosius ēē p̄ōt ad emendationem, vel utilius ad cōmoda nostra excogitari, equidem sic ego Senecæ mentem introspicior. etc.

8.o Habes nos sectatores sententia tua discipulos Divinissime Seneca, qui probè iam intelligimus. etc.

9.o Quod ego dictum dum accuratiore revolvo cogitatione in eam adducor sententiam.

10.o Quo quidem dicto nostram subsequentium castigat socordiam, (vel impellit virtutem), ut eius eruditi documento discamus aliquando. etc.

11. Si sit

11. Si sit dictum aliquod, vel factum, cuius ee poterit plures sensus, vel intentiones. quo quidem effato, addiscent alij bone, vel illam virtutem: turpissimum alij eliminabunt hoc, vel illud vitium. ego vero illud unum addisco, et c.

12. Deniq figurar notitia infinitos alios vnectendi modos suggeret. V.g. Ironias, quo dicto bona scilicet agebat, ut et vix imbunges contrarium sensum. Subiectio. quores quid egregium bone virtutis Aloysiana documentum mereaz! Nostram subsequentiam, emulationem, poresq ad excutiendam mollitiem dios pares ad reportandas de carne victorias, conflictus, palmas, et c. Prosopopeia mixta oratione. Utinam boe quoq senescentis mundi tempestate tuas nobis Divinissime Seneca audire voces concederez! ubi nostram, vel in litterar studijs socordiam, vel in virtutis semita speciores torporem, illud scilicet inclamares ibidem: celerato ce pede sequitur discriminum moles, instant pericula, adest tobis, mors iminet, et quae vna e boe segnities, qui di corpor n excitare! maxima mihi crede, maxima vita iactura e dilatio. Deniq figuras consule.

Cap. 4.

De cāa.

Causa nomine intelligiz aliqua ratio, quâ dictum, vel factum, quod tractandum suscepisti probaz. V.g. quare dilatio e maxima vita iactura! Ratio e, qa differentes sepe mors occupat. Cuius iterum ratio e. quia nullus dies stabili possessione e noster. quod ipsum amplificari pot. quia videmus quotidie imatura funera sepeliri

pelir et ut rationem vero, invenias scrutandi sunt Loci R Letorici V.g. Definitio quid ē dilatio? ē torpor quidam Languentis ãi, q̄ faceos ad virtutem animos, senilibus vinculis ita catenat, ut ad meliorem vita solem ex vitior tenebris ñ possit adspirare.

Partium distributio. Age n. iã pueritiam agis; differamus melioris vita rãones, dum maturior ætas adolescat: adolescentia in iuventutem reijciat: iuventus in viriles expectet annos: viriles anni extremam in senectutem integrioris vita consilia detrudant: Agé dic quam ætatis partem tuam fecisti? elapsa ē universa dierum õium una dilatione fecisti iacturam. Adiuncta etenim quot tibi vita depingis lustra? quot õio sæcula tibi metiris? ne quam Nestoreos dies, cum eos pulveres cogitaveris: dies Lõis breves: Lora, momentum interest. Sane inter morituram vitam, æternisq̄ illam sæculis duraturam, ut quot dies differs, totidem P dixisse censearis.

Consequentiam. Age differ in dies, protela in menses, reijce in annos, in sæcula retrude: adveniet mihi crede, adveniet aliquando tempus, quo serò nimis agnosces mentis vacuum, aut quo iuvenilibus indormientem voluptatibus inopinata mors occupabit.

Sic p reliquos Locos retdoricos discurrendo rationem, vel cãam facilè invenies.

Quares aliquos modos sane ē Loio partem cum ?? conectendi? R. Eos, aut similes adhiberi põe.

I. Sunt particula illa: nam, namq̄ enim, etenim, enim vero, etc.

do
2. quod

2.do quod ne iuvenili magis impulsu ad eloquentiæ pompas
quam rãonis suffragio ad veritatis lucem à me dictum ēe existimetis, illud n. recogitetis vellim.

3.o Sed nolo sola auctoritate quasi in meam abeatis sententiam, nisi etiam ratione convicti eandem ipsi comprobetis. Etenim, etc.

4.o Vestram fidem appello auditores non ne, etc.

5.o Deniq. omnes pene figuræ cinectendi modum suppeditabunt.

Quod quidem si spectata solum dicentis auctoritate (egregio facinore) comprobatis, quid tum dicetis obsecro, si intelligatis.

Cap. V.

De Contrario.

In hac parte probatę expositio sententiæ, vel facti per contrarium v. g. vitium. Ideoq. hic videndum quid illi virtuti opponatur: in quo ita discurrendum ē: si melioris vitæ accellerationem laudas, age dic cur turpissime dilationis vinculum tenet ipsum non expertis!

Quæres aliquos hac parte partim cum superiore nectendi modos! R. hos pōe adhiberi.

I.o Utinam penitiore hic illi intuerentur oculo, qui melioris vitæ rationem in venturos annos differunt, etc. nunquam profecto, etc.

2.do Intelligunt hoc illi quidem, qui etc., et tn̄ nescio qua abducti tempestate, etc.

3.o Videte

3.º Videte iam quantum abhorrent ij, qui, etc.

4.º Non possum hic oroni ~~ab~~ temperare, quin effusis habenis eorum errorem prosequutus, qui, etc.

5.º Vae pudor aetati nostrae! Aloysius adolescentulus inter patrias educatur voluptates in semetipsum desaevit, nos, etc.

6.º Auditis hoc qui etc. Auditis, et nulla per frontem erube-scentiae nota discurrit?

7.º Quid vos ad haec, qui etc.

8.º Deniq. figuras consule.

Cap. VI

De Similitudine

Mirifice haec pars orationem exornat. est autem similitudo rerum diversi generis inter se collatio in aliquo tertio, in quo non omnimode conveniunt: ut Aquila comparatur cum Caesare in dominatu, quia Aquila est Domina volucrum, Imperator hominum.

Quaeres p.º unde debeat similitudo desumi? R. ex omni re crea-ta, et increata, a Caelo, et ijs, quae in Caelo sunt, ut sol, Luna, stellae, Deus, etc. Ab aere, et ijs, quae in eo sunt, ut nubes, venti, serenitas, aves. A terra, et ijs, quae in ea sunt, ut homines, gentes, provin-tiae, arbores, lapides, montes, animamantia etc. Ab aquis, et ijs, quae in ~~eis~~ ijs sunt, ut fluvij, maria, cinedo, gemmae, pisces, fluctus, venti, nautae, naves, etc. Ab igne, ut flamma, splendor, calor, etc.

Quaeres 2.do quibus modis haec pars priori possit connecti? R. his, aut similibus.

1.º Quemadmodum, sicuti, veluti, etc.

2.do Per figu

2do. Per figuras V. g. Vidisti ne terram, nuper caloribus exustam, arentem siccitate, mox ubi delapsus eam è nubibus imber irrigavit, uberes surrexit in aristas! animis scilicet nostris symbolum es conspicatus, qui cupiditatum suarum exare=scit ab aestu, nec nisi divini oris gratiae irrigatus imbre fecundatur.

3.o Dicamne te endymioni similem, quem vetusta poetarum fabulae dies, atque noctes stertere confixerunt!

4.o Comprehende mentis oculis stertentem in olimpo monte endymionem, et turpe iacentium animorum veternum depinxisti, etc.

5. Per interrogationem. Quis vos Endymioni negabit absimiles, qui etc. Denique figuras consule.

Cap. VII
De exemplis

Exemplo inducis aliqua personam sive ex antiquitate, sive ex christianitate, quae exemplo suo rem, de qua agis confirmet. Hoc autem fieri potest, ut generatim dicendo, plenas esse historias similibus exemplis, plenam esse antiquitatem, quotidie ~~obver~~ ob oculos versari, etc. ut particulare aliquod exemplum adducendo.

Quaeres aliquos modos sane partem cum priore con=nectendi? R. Eos, aut similes posse adhiberi.

2dum. Quid! nonne infinitos mors prius extinxit, quam consilia ad exitum deducerent! nonne Carolo Torquatus, etc.

2dum. Quid enim! an non Carolo Torquatus, etc.

3um. Te te appello C. Torquate, etc.

4um. Ponite sic vobis ante oculos C. Torquati desi=

diam

diam, et c.

5.^um Attendite quid hac in re, decernente Coelo C. Torquato euenerit, et c.

6.^um Expertus id es C. Torquate, et c.

7.^um Neq. aliud nunc doceres C. Torquate si ad uitam re=uocareris, et c.

8.^um Vtinam oculis uestris obijceres C. T. uideretis, et c.

9.^um Hic te in scenam aduoco C. T. dic qua extrema tuę damnationis origo? certe si loqui poes unicã afferes dilationẽ, et c.

10.^um Prodeat in medium C. T., reuiuiscat ab inferis, et c.

11.^um Quid dictum de C. Torquato, et c.

12.^um Procedito, taceto C. Torquatum, qui et c.

13.^um Dicerem, qua C. Torquati ueternum castigauerit poena, nisi uidissetis ipsi et c.

14.^um Non possum hic praeterire, quin in memoriam reuocem.

15.^um Nulla silebit aetas C. Torquatum et c.

Deniq. figuras consule.

Cap. VIII

De testimonio.

In hac chriae parte adducitur dictum aliquod, quo expositio sententiae uel facti comprobatur. Hoc autem testimonium petere potis tam ab antiquis, et ethnicis, quam à recentioribus, et Christianis. Ergo hic consule apophtegmata dicta grauium uirorum, item prouinciarum, et urbium, leges, consuetudines, et c.

Quaeres quibus modis hac pars possit conecti cum priore. R.

his fere

his fere omnibus, quibus exemplum;

Jg. p.° Et hac de re Spectorum N. suffragium.

2.do Prudenter dixisse censeo N.

3.° Approbas id N. qui sapientissime dixit olim, etc.

4.° Quorite hi si liber mecum ex divo Ambrosio quid de illa animi latitudine sentiat; illud omnino reperet, quod aliquando etc.

5.° Si Divi Ambrosij hac in re sensum animi exigaris, quid aliud responsurum putatis, quam quod dixit olim, etc.

6.° Testem voco, appello Ambrosium, etc.

7.° Neq. opus hic est testem advocare Ambrosium cuius notissima e sententia.

Alios modos suppeditabunt figurae.

Cap. IX.

De Epilogo.

In Epilogo duo agunt, p.° brevissime repetunt superius dicta, 2.do addiq aliqua exornatio ad id, quod propositum e vel imitandum, vel detestandum. Modi hanc partem conectendi cum superiore hi sunt, aut similes.

p.° Quae cum ita sint agite, etc.

2.do Intelligimus hoc A.A. Intelligimus magnam vitae iacturam esse dilationem, et tn nescio quis membris nostris, animisq. torpor se se insinuat.

3.° Satis iam intellexisse vos arbitror A.

nihil

nihil immortali generi perniciosius esse dilatione, qua de re agitur. etc.

4.° Et dubitabimus adhuc A.A.

5.° Ex quibus illud demum conficiamus oportet. etc.

6.° O turpem ergo socordiam nostram, quin excutimus tandem veternum.

7.° Erigite igitur animos, excutite torporem. etc.

8.° Per Ironiam. Jacete igitur vestro in torpore, putrescite in veterno, dum vos lethum obruat inopinatum. Denique figuras consule.

Annotationes de Carmine componendo

I. Loco adverbij ponitur subinde adiectivum, ut longus abest hortus, pro longè.

2. Loco adiectivi adverbium, ut dolce canit, pro dulcis, Carè exundat, pro Carus.

3. Neutrum adiectivum pro adverbio, ut Lene fluit unda, pro leniter, tetrum videt, pro tetrè.

4. Pluralis numerus loco singularis, et è contra, ut sunt mihi prata, etc.

5. Omnes praepositiones omitti sine dispendio sensus, quae abl. regunt, ut scilicet ex, in, à, ab, procul, etc. non ita, quae acc. regunt, ut inter, propè, etc.

6. Duo epitheta non intercedente coniunctione, ac, et ad unum substantivum possunt adhiberi: p.° ad pronomina meus, omnis, et c. ut mea splendida tecta tibi: 2.° quando adhibetur

participium

participium, ut tenuis fugiens & gramina circus; item tris=
tis ingens in rebus egestas.

7.° Intercedente coniunctione aptè adhibentur duo epitheta, ut horrens lacus, et viridis

8.° Complendi versum ratio & adverbia loci, quae sequuntur, toties, ultro, sponte, nimium, semper, quoties, seu nisi quam, nunquam, subito, cito, statim, quamprimum, late, amplè, multum, passim, undique, ubique, iam iam, quoque, scilicet, pariter, nihilo pro non, etiamnè pro adhuc, nonnullus pro aliis, sed enim, pro sed non unquam, pro unquam, quà pro ubi, et c.

9 Inquirendo circumstantias rei comprehensas illo versu, quis, quid, ubi, et c. ut sol splendet, quis scilicet sol, sol pater astrorum splendet, lucisque refertor, Sol splendet magnus praeses, lumenque dies.

Quid scilicet facit! sol radios pulchrosque suos ostendat ocellos, sol tenebras splendore fugat, lucemque reducit et c

Ubi! scilicet in coelo, curru, et c. iam radios nitido Phe=
bus dimittit ab axe.

Quibus auxiliis! radiis, luce, iubare, vultu; et Phebus radiis, et pulchra luce coruscat.

Cur! ut recreat homines, ut diem faciat, ut reducat labo=
res, ut noctem pellat, et c.

Quomodo! pulchrâ facie, auro nitidus, iubare gemeo.

Quando. iam post nubila, post auroram, et c. depulsis nebulis Phebus scintillat ab axe

10. Substantiua continuata ad supplendos versus servi=
unt, ut virides silvestria Numina Fauni: celsi frons=
dosa

dosa cacumina montis, muti squamea gens pisces.

11. Loco substantiui, quod alias poneret in nominatiuo eius circum=scriptio ponatur in nominatiuo, et prius substantiuum in genitiuo: ut pro apes, mellifer exercitus apum; pro auis, gens pennata: frondosa folia siluæ, pro silua.

12. Mutat aliquando adiectiuum positiuum unius substantiui in superlatiuum alterius, et ad prius substantiuum addit adiectiuum, ut silua erat densa ~~loco~~ lucis; silua fuit uiridis pulcro densissima luco; item urbs fuit plena docto ciue; urbs ~~quæ~~ celebra fuit pleno doctissima ciue.

13. Separat aliquando à compositis propositio, et ponit separatim: ut nulla mei nominis umbra superfluit: non fuit illa super nominis umbra mei. Sic non satisfacit mihi: non facit ille satis mihi. Vbi notandum si ita resoluant propositiones, illos esse dandos casus, quos separatim regunt, et non compositor. casum retinendum.

14. Ad complendum carmen seruit etiam, si adiectiuum, quod adiungit substantiuo, mutetur in substantiuum similis significationis cum adiectiuo, et residuo substantiuo tribuat aliud adiectiuum, uel certe addat aliud substantiuum aptum, et alterum ponat in genitiuo; ut prestans forma, pulchra prestantiæ forma, deceptrix frons, pulchra deceptio frontis: ignauus somnus, turpis ignauia somni.

Ad 2dum regulæ membrum exempla, mel, copia mellis, uolucres, turba uolucrum, uentus, murmura uenti; mons, cacumina montis.

15. Si

15. Si substantiuum, cuius epitecton iam intrat non ingrediatur
carmen, mutetur illud substantiuum in adiectiuum, et
adiectiuum in substantiuum V. g. est et uirens arbor,
arboreusq; uiror, et liquida unda, undosusq; liquor: can=
dida nix, niueus candor. uentorum æquor, æquoreus
uentus, nimbosa pluuia, pluuialis nymbus. etc.

16. Aliquando integri sensus, sed disparati interponi pos=
sunt per modum parenthesis V. g. formosiq; aderant (si fas
e credere) fauni; tempora fluentent (sed Dij prohibe=
re) cruenta.

17. Similitudines uenuste complent carmen maxime,
quando e solum uerbum cum Substantiuo V. g. splendet
facies, et facies ueluti splendida gemma nitet. Vnda
uelut zephyri mobilis aura fluit; particulæ pro si=
militudinibus sunt hæc, ceu, uelut, tanquam, sicut,
ut, ueluti, non ita, non secus ac, præ, ante, supra,
ultra, magis, etc.

18. Substantiua plura eandem rem significantia con=
iunctione intercedente cum suis adiectiuis elegan=
ter ponuntur V. g. conspexit campos, et picta coloribus
arua: incoluit ille aulas, et magna palatia Regum

19 Verbum præcedente aduerbio cum, quando, postquam,
mutatur frequenter in ablatiuum absolutum. V. g.
Carmina scripsit dum flos impediret comas, carmina
scripsit, flore nouo madidas impediente comas: item

fessus

fessus recreauerat auras flumine uocali praetereunte sono.

20. Quotiescunq. ponitur ablatiuus absolutus cum suo adiectiuo, toties poni pot illud adiectiuum in nominatiuo, et aliud loco prioris substantiui. ut prodit Pallas turbato crine, prodit turbato pallida crine, uel pallenti pallida crine, uel pallenti turbida crine. Itẽ Eoo pallido ore, exeo pallidus ore, uel priori epitheto manente, poni potest aliud in Nom.º ut arbor teneris ramis, arbor teneris circumflua ramis, fluuius tenui unda, tenui miserabilis unda, lacrymoso uultu, lacrymoso flebilis ore.

21. Loco uerbi alicuius ponas participium cum altero uerbo V. g. Arbor, quae in excelso iugo conspicitur: quae stat in excelso conspicienda iugo.

22. Pleraq. adiectiua, quae construunt cum substantiuis in abl. uel absoluto, uel cum praepositione construi possunt cum ijsdẽ in genit: ut lapsus a mari, et uia, lapsus maris, et uiae, facilis ira, et facilis ad iram, purus a scelere, purus sceleris, securus in armis, securus armorum.

23. Frequentissime apud Poetas adiectiuum, quod alias construitur cum uerbo finito, et relatiuo construi pot cum solo infinito. V. g. facilis e qui regat, facilis regi, difficilis e qui superetur, difficilis superari.

24. Datis duobus uerbis eiusdem temporis praesentis in infinito inter=cedente copula et pot alterum poni in infinito praeteriti temporis. V. g. quisquis uos Eumenis natos afferre, Laremq. nititur, et tuto composuisse loco; ubi ponitur pro componere, composuisse.

25. Loco

25. Loco constructionis, quam nãa ma sibi postulat debitos ca=sus vel nom: vel acc. ponis eleganter cum apostrophe voce: V. g. mea carmina nec metuunt barbariem, nec livorem, nec virus linguæ; Nec te barbarie, nec te tristissime livor nec metuunt virus carmina lingua tuum; It ibo Ro=mam. Attingam colles Martia Roma tuos; item lunarei equi exilierunt, et vos ~~lunar~~ lunares exilijsti equos.

26. Quotiescumq. est compositum adiectivum ex præpositione negativa, loco illius præpositionis pôt poni n̄ quod servit plurimum ad evitandam elisionem, vel ad sylla=bam longam habendam loco brevis, ut infelix, non fe=lix; immemor non memor etc. contra. ubi nota quod optime loco non, vel in ponatur adverbium parum, ut infelix parum felix, vel etiam adverbium male infe=lix male felix, indoctus male doctus.

27. Ad habendas plures syllabas in adiectivis, maxime in ijs, quæ laudem, vituperium, copiam, inopiam, etc. signi=ficant pôt poni contrarium illius adiectivi cum particu=la negativa, ut magnas vires habet, non parvas vires habet. Divite vena fluit carmen, n̄ paupere vena etc.

28 Loco activæ ponas passiva constructio. V. g. auxilio Dei sulcavi æquoris undam; Numinis auxilio sulcata ē æquo=ris unda. Huc spectant illæ constructiones veré poeti=cæ; pisce natatq. aqua, tota mihi dormitq. hyems, sylva siletur ave, pro in sylva silet avis, pisces na=tant aquis etc.

29. Si

19. Si ponanȝ duo substantiua non continuata hoc ē, quorȝ alterum ponaȝ in gen:, pōt poni in ablat: absoluto. V. g. quis sanguinis riuus manat, quis sanguine riuus manat, quis militis feruor, quis militie feruor.

30. Pōt cū infinito p̄senti coniungi cū copula infinitū p̄teritum, et etiā pōt loco p̄senti simpliciter poni p̄teritū. V. g. ô utinam per te quantumuis dura liceret tanta, per alternas sustinuisse uices.

31. Cum decore pōt poni pro adiectiuo positiuo comparatiuum, ut maturior aetas pro matura.

32 Adiectiuum positū cum substantiuo mutaȝ in substantiuū, ut sydereus ether, syderis ether, Hectorea arma. Hectoris arma.

33. Aduerte pro carmine implendo frequenter ēē recurrendum ad substantiua, quae correspondeant verbis, et loco hoc aliud addendū verbū, ut per siles taciturna silentia ducis; tristans, tristitia obruens.

34. Si substantiuū n̄ ingrediaȝ, verbum pōt illud per descriptionē sic poni, ut sacerdotis, qui sunt circa altaria, potatoris qui sunt circa Bacchum.

35. Adiectiuū pōt mutari in substantiuū, ut pateris libamus et auro, hoc ē. ex auri patera uiros, et galeas uidit: galeatos uiros.

Et hoc de carminum compositione dicta sint.

De Modo implendæ periodi

Amplificari pôt periodus quinq; modis. p.° per definitionem. 2.do per enumerationem. 3.° per interpretationem. 4.to per ...

p.° Per definitionē: ut pro Milone Cic. cū pôt dicere uidimus uniam incendi; uerbum illud definit, et ita amplificat, uidimus templum Sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput Vrbis, aram sociorū, portum oīum gentium, sedem ab uniuerso P. Romano concessam uni ordini inflamari, excindi, funestari.

2.° Per enumerationem partium: ut cum eet satis dicere, oēs lugent Clodium, ex partibus ita enumeratis exornat. P. Clodij mortem æquo aīo nemo ferre pôt, luget senatus, mæret equester ordo, tota Ciuitas confecta senio ē, squallent municipia, afflictantr Coloniæ, agri deniq; ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum Ciuem desiderant.

3.° Per interpretationem: ex uno uerbo protrahitr ōro, cum quod semel uno uerbo dictum ē, idem alijs uerbis eiusdem significationis repetitum, ut an uero iudices uos soli ignoratis: uos hospites in hac urbe uersamini: uestræ peregrinantr aures, neq; in eos frequentis sermone Ciuitatis uersantur. Itaq; tu ingredi illam domū ausus es, tu illud sanctissimū limen intrare, tu illarū ædium dijs pœnatibus illud importunissimum ostendere.

4.° Per

4.º Per congeriem, sive incrementum, ut abijt, excessit, erupit, evasit.
5.º Per adiuncta, quæ septem numerantur: quis, quid, ubi, quibus auxi=
lijs, cur, quomodo, quando.
Quis significat personam cuius adiuncta sunt, vel à naa, vel à
fortuna. à naa Eoi insunt ai, vel corporis bona, aut mala,
animi bona sunt virtus, et scientia; mala, vitia, et ignorantia,
item ingenium, indoles, memoria etc. Corporis bona sunt pro=
ceritas, fôa, dignitas in viris, venustas in feminis, veloci=
tas, pulchritudo, vires, valetudo, robur, sexus; mala sunt Eis
contraria; fortunæ bona, aut mala sunt nomen, genus, pro=
pinqui, affines, liberi, amici, educatio, studium, opes, honores,
magistratus, mores, divitiæ, nobilitas. Quid rem notat fa=
ctam, dictam, cogitatam etc. ubi designat locum, in quo
res ē. Cic. varias species loci commemorat in partitionibus
oratorijs: ut si sit sacer, profanus, publicus, privatus, como=
dus, angustus, amplus, apertus, publicus, clausus, inferior, superior,
munitus, imunitus. Auxilium complectitur præsidia, vires, cáas,
adiuvantes, corporis, et fortunæ bona, instrumenta, ut servus,
ministros, sicam, aut gladium, hastam, etc. Cur cáam ex=
ponit potissimum finalē facti, aut dicti, ut quo consilio,
cuius rei, rei pub., religionis, amicor., rei privatæ, pro=
pagandis, lucri; qua spe? quo metu? quo dolore? quat lætitia?
etc. Quomodo significat modum, quo res facta, qui modus
aliquando

aliquando designat breviter per adverbia, per ablat: per comparativus, per similitudines, etc. Quando tempus refert, quo quidpiam factum est, in hoc genere sunt tempora pacis, et belli, induciar, anni partes, Autumnus, Hyems, Ver, Aestas, mensis, Sebdomanda, dies, festus, nefastus, serenus, pluvius, nox, serò, mane, meridie; nunc exemplum Cic. inspice hanc periodum amplificantis: quae precatus sum cum consule L. Murenam renunciavi, eadem precor, et ut vos cum P. Rom. consentiatis. quod adiuncta rei immutat. Quae precatus sum à Dijs imortalibus iudices more, institutoque maior illo die, quo auspicato ~~con~~ comitijs Centuriatis Lucium Murenam consulem renunciavi, ut ea res mihi, magistratuique meo populo, Plebique Rom. bene, atque feliciter eveniret: eadem precor ab ijsdem Dijs immortalibus ob eiusdem hominis consulatum una cum saluti obtinendum: et ut vestrae mentes, atque sententiae cum P. Rom. voluntate suffragijs consentiant, eaque res vobis P. Rom: pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque adferat.

De Eloquentia.

Inter caetera eloquentiae adiumenta, praecipuum tenet locum crebra exercitatio: hoc quippe commune habet cum reliquis artibus eloquentia, ut sine usu, diligentique studio evenire non possint. hinc bene Ovid: Artifices usus, qui

faut

fact unus erit. hinc Tullius p.° de orat: quantum detraxit ex studio tantum amittit ex gloria. Hinc Plinius epist. 29: nec me praeterit, usum et ēē, et haberi optimum dicendi magistrum. Video etiam multos parvo ingenio, litteris nullis, ut bene agerent agendo consequutos. Proinde multum lege, scribe, meditare, ut possis cum volles dicere: dices cum velle debebis.

De inciso, et membro.

Incisum, et membrum solo syllabarum numero differunt: illud ultra 10. syllabas n̄ se extendit: hoc n̄ ultra 20. Illud graecè coma dicitur, hoc colon. Illud membri ē pars, hoc periodi. est ergo incisum pars or̄onis brevissima, sensum aliquem exibens.

Incisim dicimus cum arguimur, refellimus, invehimur, ut, cui commisit? quo adiutore usus est? quo solio? quo consilio! cui tantum facinus, cui se, cui salutem credidit!

Membratim dicimus, et ad refellendum, et ad invehendum, maximeq. ad narrandum, ut Cic. in Pison: cum extinguebas senatum, vendebas auctoritatem huius ordinis, addicebas tribunos consulatum tuum, remp. evertebas, prodebas caput, et salutem meam una mercede provinciae.

Observandum ē autem optimè misceri membra cum incisis, ut Cic. pro Archia: hae studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium, ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Quod si membrum habuerit notabiliorem syllabarum numero

merum vocabis membrum pneumaticum, q'a accōmodabis ad spiritum dicentis.

Incisa, et membra maximè fiunt ex synonimis ab adiunctis, seu circumstantijs definitionibus conglobatis, seu congerie, et ex ōibus alijs figuris, et locis Rhetoricis, de quibus infra.

De periodo.

Periodus ē continuata quadam comatum, et membrorum inter se apte cōnexorum, ut plenam referant conclusionem. Hermogenes vocat illam clavim, qua aperit, et claudit sententiam. Aristot: vocat spatium carentibus, et meta circumscriptum. quo spatio feliciter confecto, velut albis quadrigis vecta triumphat eloquentia.

Periodicè igitr dicere ē cum in orbem quasi inclusa fertur ōio, nec nisi perfecta, et absoluta sententia conquiescit. Vt Cic. Si quis vestrum expectat, quas sim provincias decreturus, consideret ipse secum, qui mihi hōies ex provincijs potissimum detrahendi sint non dubitabit quid me sentire conveniat, cum quid mihi sentire necesse sit cogitant.

Omnis periodus habet protasim, et apodosin, hoc est principium, et finem eo, quod sententia inchoare debeat, et absoluere.

Periodi varia sunt, 2.dum partium multitudinē, quibus constant. quæ duo continet membra bymembris dicitur, vel

vel dicolos; quo tria trimembris: quo quatuor quadrimembris.
Si plura habeat membra, quàm quatuor, vocat[ur] schema.

Praxis formandi incisa, membra, et periodos.

Posita hac propositione (Diva Catharina colebat Deum)
his verbis, et hoc ordine collata simplex efficit membrum. Jam
ut eandem propositionem; cesim, membratim, et periodice efferre possim
commutabo voces, et aliquid addam, non quidem alienum à proposito, et
nihil pertinens ad rem; sed id, quod est eidem connexum, quodque magis
explicat, et illustrat dictam propositionem. Huiusmodi sunt causa
contraria, partes, antecedentia, consequentia, et reliqui loci.

Nunc satis erit totam propositionem ad illum versiculum,
quo prope omnes loci inventionis continentur, expendere. Quis,
quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Hac, aut singula juncta, aut simul aliquot expensa
uberem eloquendi materiam suppeditabunt.

Quis.

Idest Diva Catharina Virgo corpore, et aetate constans tenera,
vel adulta, magna, vel parva, predita usu rationis, et loquendi fa-
cultate, etc. ex his sic duco membrum: Diva Catharina, te-
nera Virgo singulari in Deum cultu ferebatur.

Bimembrem.

Sic. Quas à Deo vires, animique facultates acceperat, eas in
cultum eiusdem, religionemque conferebat.

Trimembrem.

Sic. Quamvis corpore, et mente immatura esset, attamen

et men

et mente colebat Deum, et corporis obsequia Diuino Hono=
ri impendebat.

Quadrimembrem.

Sic. Si vitae rationem inspexeritis Diuae Catharinae, et pietatis in Deum studium animo abieritis; profectò velociorem eius virtutis cursum fuisse animaduertetis, quàm aetatis incrementa fuerunt.

Comata.

Sic. Mente ferebat Deum, in ore Deus erat. Huic tenebat manus, genua flectebat, impendebat oculos, linguas consecrabat.

Quid.

Id est quid egit. Surgebat mane ad orandum, templa frequentabat; quae sic per complexionem vibus fiodis effert. Quis necessaria quieti subtracta tempora Diuino cultui impendebat? Diua Catharina. Quis frequentius aedes sacris officijs dedicata adibat? Diua Catharina. Quis rebus in omnibus id semper quaerebat, aut sempiterno Numini cultum exiberet? Diua Catharina

Ubi

In templo, domi, ubique. Sic tria bimembris per gradationem dicas, in templo verò cum adesset D. Catharina quanta animi demissione Deum precabatur; neque in templo duntaxat id agebat: sed domi quoque instituebat supplicationes, neque domi tantum pietatis coluit, verum ad quodcunque Saluatoris sui monumentum in genua procumbebat.

Quibus auxilijs.

An visu parentum, et exemplo domesticorum etc.

Periodus

Periodos, comata, cola, ℣ interrogationem, et subiectionem sic: Sed quis vocabat D. Catharinam, ut Numini sempiterno assiduum cultum defferret? Parentes ne? at hos religionis ne, n. favendo expertes. An amici? hi videlicet, qui eius pietatem vel intueri aegré poterant. familia fortassis, et domestici servi? ab illis vero segnes virtutem Diuae Catharinae convitijs lacessitam scimus. Nemo igitur erat nisi ipse optimarum rerum auctor Deus, qui hanc piissimam Virginem in venerationem sui rapiebat.

Cur.

Propter gratias hominum, divitias, honores, an ℣ Deum virtutem, Coelum etc. sic ℣ antithita. supplicabat vero Numini, n. ut in parentum amorem se insinuaret, sed ut oculos Dei op. Maximi in se converteret. non ut circumflueret fortunae bonis. sed ut divinas Coelitum virtutes augeret. Non ut Ill.me in orbis nomen consequeretur, sed ut perennem sibi in Coelis gloriam compararet.

Quomodo.

Stando, flectendo, manibus iunctis, et c. Comata, et cola ℣ Hypotyposin sic: Flectebat Diua Catharina, aut stabat reverenter, oculi humi erant fixi, manus ad pectus iuncta; mens intenta orationi; pectus amore Numinis aestuabat.

Quando

Mane, meridie, Vesperi; Periodum pneumaticam ℣ distributionem sic: Surgebat é somno Diua Catharina; p.a eius cogitatio de Deo oriebatur, orta dies laborem exigebat; ab oratione opus inchoabat. Meridies aderat tunc etiam supplicabat, Ve=

Ve

Vespe tandem successit nouas illas orationes instruebat.
Ita universos dies Diuinis consecrabat officijs.

De definitione.

Cum Joanius multa definitionum genera insinuet, nec explicat, nos quaedam potiora adducemus. primum itaque definitionis genus, et pulcherrimum est, quod fit per negationem, et affirmationem, scilicet cum explicatur primo quid non sit res, et deinde subjicitur quid sit, cuius pulcherrimum exemplum habes in Cic. pro domo sua n.° 8.9, et 9.° ubi definit quid sit P. Rom., incipiendo ab illis verbis; An tu populum Rom. esse illum putas. aliud nostrum exemplum inspice, quod sequitur in definitione quid sit amicus: Quid est esse amicus? an invidere vultu, frontem explicare, polliceri operas, mella eloqui, assidere mensis, alienae voluntati turpiter lenocinari; ceterum non plus amici esse Castore, quam Garamantis, et Indis; quem nunquam videris? alia profecto vera amicitia caerimonia, atque religio; nimirum in adversis ita se gerere, ut ope, et consilio adiuves, soleris afflictum, et ne calamitati succumbat, partem ipse calamitatis accipias; at in prosperis, ut gloriam cumules, et si quid elationis sit, aut inanis confidentiae, hoc totum prudentia tua, et auctoritate compescas. Quid tu horum o nefarie proditor erga eum, cui te amicum

profitebaris

profitebaris, ostendisti! ubi calamitatem deplorasti? quando af=
flictas iacentis amici fortunas tuis opibus sublevasti? Torres
p̄ fide conspectum eius, quem tibi auxilio debueras adiuvare, fugis,
qui nuper cum secundo fortunę flatu uteret, tanto plausu cum
eo ferebaris; avolas aprica volvens transacta commodas tempesta=
te; avolas vulturum imanissime, ubi p̄da re defecit. Hoccine,
ne hoccine est ēē amicum, an parasitum, an immanem proditorē

2.dum genus definitionis fuit ab adiunctis hoc ē ab ijs,
quę cum re, quam definio sunt coniuncta, et hoc definitio po=
tius vocatur descriptio: huius exemplum vide in Cicer. sextio
nº. 17 sic: sed fuit profecto quaedam illa reis fortuna totalis, etc.
Triplex ē huius usus p.us cum adhibemus verbalia masculina,
ut eversor, profligator etc. sic Ci. pro domo sua nº. 13 quid
Sergius! armiger Catilinę, stipator sui corporis, signifer sedi=
tionis, concitator tabernariorum, damnatus iniuriarum, fori depopula=
tor, p̄cussor, lapidator, obsessor curiæ etc.

Secundus: cum verbalia foeminina, vel substantiva, quę
passim occurrunt sumuntur: sic mortem dicis ēē somnum aeternū,
dissolutionē corporum, divitis pavorem, pauperis desiderium, in=
vitabilem eventum, incertā p̄egrinationem, latronē hominis,
aerumnose vitę p̄fugium, portumq. tutissimū. Itē mulierem
malam dicis hominis confusionem, viri naufragium, continuā
sollicitudinē, indeficientem pugnam, sepulcri titulum, dęmonis
arcum, et sagittā. fuge quisquis salutem amas, talis ē tactus
viscus, visu basiliscus, cantu syren, et naufragium.

Tertius

Tertius, quo dictiones integras adhibemus, ac singulis effectum aliquem comprehendimus, ut, quod ē ebrietas: quæ de statu suo mentis deturbat, corpus labefactat, cumulat morbum. Item castitas: quæ nos facit Angelis similes, ānimūm ad Divinæ scientiæ semen accipiendum parat, corpus corruptione vindicat, etc.

3.um definitionis genus fit per contraria, ut si malum B. Virginis Sodalem definire velis, sic dices: studiosus est in speciem Divini cultus, at re vera perturbator ōis religionis: verbis crimen exagitat, scelus detestatur, abhorret ab ōi labe, atque infamiâ; at in aīo flagrant vitia libidinum, ardet occultis ignibus incensa cupiditas, et ad ōem vitæ turpitudinem inflāmata. Depone, depone larvas sane ferale monstrum, quod bonos viros speciē virtutis as- simulatē teres, pius, et impius; pudens, et impudens; innocens, et sceleratus.

4.um genus definitionis ē à similitudine: ut in exemplo: cave blandienti te foemina, comitas ejus ne ē complexu necat; somnium imbecillis animis illudit; speculum, inquam mentem ostendit; caduca stella, subitò extinguitur, flos dum oritur, cecum morien- te moritur.

5.um genus definitionis ē ab effectis: ut peccatum pestis ē aīi, conscientiæ labes, vitæ pernicies, honoris macula, ruina virtutum: peccatum morbor. parens, do-

lorum

lox artifex, fabricator suppliciorum, fax aeterni ignis etc.

Praeter has definitiones solennissimae sunt illae apud Rhetores, quas descriptiones vocant, explicantes scilicet rei alicuius externum situm, figuram, et extrinsecam illius constitutionem, et qualitatem. ut in exemplo describitur. tapes figuris, et picturis exornatus. Et tapes qualem vel Milesii tondent, vel Seres pectunt, vel phryges suunt, vel Babilonij texunt, vel Tirij colorant: in quo fila aurea, argentea, colosericea, in multiplices ducta, reductaque ambages; frondescunt in nemora, assurgunt in colles, spatiantur in valles, lentescunt in frutices, rigescunt in cautes, liquescunt in fontes, recedunt in umbras, prominent in fulgores: quaedam formantur in milites districtis ensibus, cruentâ fronte, anhelo pectore gladiantes: alia effinguntur in naves adversis rostris, explosis tormentis, eiaculatis phalaricis concurrentes, nonnulla innodantur in cervos venatorum stimulis agitatos, in apros contra morsus canum saevientes, in Leones per medias bipennes ad caedem, cruoremque hiantes. omnia tam artificiosis ductibus extrahuntur, tam subtilibus ~~nodis~~ nodis continentur, tam occultis meatibus in quascumque formas implicantur, ut ingeniosior ars in imitando, quam natura in fabricando videatur.

Ut bonae rerum fiant descriptiones, expedit notas, et perspectas habere quasdam sententiarum figuras, quae mirum in modum

miris in modum seruiunt descriptionibus; Hor p.ª ē ethopeia, quo uitam, et mores alicuius exponit: Hor figuram accipe ex= pressum adulatoris sequenti exemplo: Adulator ē, qui fronte qui= dem, et orōne beneuolentias, affectumq. mentitur, at sensus in aio reconditi illam frontis, et orōnis humanitatem mendacij, ac pro= ditionis tacitè coarguunt. Sequere si lubet oculis, ut cogita= tione adulatorem in nobilis cuiuspiam uiri, ac diuitis aedes irrepentem, uides quanta oris serenitate, quàm explicata fronte, quam artificiosâ suauitate oculor. hominem salutet! quàm dulci uerbor. lenocinio eiusdē aures mulceat! de ualetudine corporis, de pñti rer. statu, de negotior. successu, quam sol= licitus, aut solicito similis interroget! id unū inquit doleo, quod is sim, cuius uoluntatem, et affectus uires, ac potentia destituunt, neq. nouercalem in me nāa, ac fortuna aīum in ullo magis sensi, quam quod utraq. me talem finxit, ut usui amicis ēē nequeas, si ad aliquē è turba filior. uultu, et orōne conuersus, nunc ego te lumine aspicio, ò dignam faciē, in qua Principum, ac Deor. oculi habitent, iā mihi uidere uideor Alexandri uirtutem, ac gloriās in hoc iuue= ne reflorescentem. Jam uerò uolubile, ac multiplex hōis ingenium, quis exprimere orōne possit? significas te rei bel= lica gloria delectari! continuo miror inquit regii, qui stilo potius, quam armis gloriās eruere conenz, quasi uerò litteraria laus, laudi bellicæ possit ex æquo conferri. testoris te Musarum

uinsortio

consortio recreari? ille repente cedant arma togæ, cedat laurea laudi exclamat. aduertit se grauitate delectari? nihil illo grauius. suspicatur te iocis, ac leuitate duci? nihil illo leuius. superstitiosum, ita me Deus amet superstitiosum se esse simulabit, si cordi tibi esse religionem deprehendit. Mox verò deposita pietatis persona Anaxagoras apparebit, si notas in te aliquas impietatis agnouerit. Conspice arridebit; aceto profunde, sorbebit; denique nihil non aut aget, aut feret, quo possit in amicitiam tuam irrepere. at quo fine? quo consilio

---

Regulæ quædam de commate, semicolo, et puncto.

1.º Ponitur comma quoties aliqua vox geminatur, ut occidi, occidi, etc.

2.º Quoties antequam ponatur verbum cum suo casu, interjicitur relatiuum cum alio verbo. V.g. tuas litteras, quas ad me scripsisti, accepi

3.º Ante omnia relatiua ponitur comma.

4.º Quoties ponuntur incisa V.g. est velox ingenio, memoria celer, etc.

5.º Quoties plura verba idem, vel aliud significantia congeruntur, ut abijt, excessit, erupit, euasit.

Denique optimum est iudicium, quod suggeret modum ponendi commata etiam respirationi.

Semicolon, ut duo puncta ponuntur quotiescumque absoluitur aliquis sensus verbo, et omnibus suis casibus.

In periodo autem si plurium sit membrorum, illa membra distinguuntur commate, quæ maiorem habebit connexionem, quæ verò minorem distinguuntur semicolo, vel duobus punctis.

Punctum ponitur quoties ita absoluitur sensus, ut nihil illi desit, neque pendeat ex sequentibus vocibus

Sex fontes

Sex fontes alegoricarum, et poeticarum elocutionum.

Primus à navigatione, ut: Habet ventos secundos. idest è felix. Ab occiduo aequore venti tibi surgent. idest debiles, eris infelix. Tenere clavum Reip. è èe primarius in Resp. In navi Parricidij, mendacij etc. clavum tenere, vel remigem agere, est èe principem Parricidar. mendacij. facere naufragium bonor. virtutis; è amittere bona, virtutem. mutare velificationem, alios portus petere; è mutare agendi rationem. emergere ex fluctibus, è superare difficultates, etc.

Fons 2.us ab agricultura.

Sere beneficium, ut fructus metas; idè esto liberalis. Cur parce sementem projicis; idè cur tenax es. Plena manu effundere sementem, è èe liberalissimum. Seminare discordias, est facere. Injicere securim, est evertere, vel destruere aliquid. falcem in alienam messem mittere è alieno negotio se imiscere. Orationem Tullianis rivis rigare, est eleganter loqui.

Fons 3.us à Venatione.

Aucupari gloriam, honores etc. è quaerere. Laqueos injicere etc. est decipe. Inescare res alicuius illecebra è fallere. Odorari vestigia, è inquirere etc.

Fons 4.us à re medica

Sanare Remp.; est illas pristino statu reddere. Refricare vulnera; è renovare mala. Haerere in visceribus malum; est gravissimè sentiri. Medicinam

morbo

morbo adhibere, è malum quodpiam curare. Inurere notam; è infamare

Fons 5.us ab arte equestri.

Laxare habenas cupiditati, vitijs, et c. è ruere in ista. Admovere calcaria alicui; è urgere. Frenare iram; è compescere. Domare cupiditatem; è sugare. etc.

Fons 6.us à re militari.

Adhibere machinas; est conari. Triumphare gaudio; est letari. Deijci de prasidio è sugari. arcem alicuius rei invadere; est fortissimam partem aggredi. A contemptu rei alicuius murum arietari; est oppugnare rem quampiam. Bacco, et Venere sapientia propugnacula expugnare; est per ebrietatem, et libidines sapientiam perdere.

Notata quadam circa formandas periodos.

Incisum è pars orationis non habens sensum, neque gramaticalem constructionem plenam. membrum è pars orationis habens quidem sensum sed nondum completum, et dependentem. Nihil tamen petit aliunde quod ad gramaticales constructiones pertineat

Periodus è oratio habens tam sensum, quam constructionem completam ita, ut in his duobus non pendeat ab antecedentibus, et consequentibus. Dividitur periodus p.o in incisam, membraticam, rotundam, seu circumscriptivam, et mixtam. 2.do Dividitur in monomembrem, bimembrem, trimembrem, et c.

Amplificandæ periodi sunt verba hæc; quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

2.us modus amplificandæ periodi è multiplicando substantiua V. g.

Ferdinan

Ferdinandus 4.^us^ coronat in Regē Romanorum. Ferdinandus Austriacorum Heroum n̄ degener, sanguinis auito, uirtutis hores, paternorum facinorum emulator in Regem coronatur.

3.^us^ modus ē addendo epitheta adiectiua, ut Ferdinandus 4.^us^ sapiens, fortis, temperans, animosus et c.

4.^us^ modus adiungendo adiectiuis, seu epithetis id, quod exprimunt adiectiua V. g. Ferdinandus 4.^us^ in consilijs sapiens, in agrediendis rebus arduis fortis, in affectionum moderatione temperans, in periculis superandis aimosus coronat in Regē.

5.^us^ modus coniungendo adiectiua substantiuis V. g. Ferdinandus Paternarum opum heres meritissimus, Austriacorum heroum sanguinis integerrimus, Paternorum facinorum emulator acerrimus et c. coronat in Regem.

6.^us^ et uberrimus modus amplificandi periodi ē deducendo per locos Rethoricos, ut nomen, uel uerbum, aut integrum sensum V. g. Justitia ē colenda, à definitione, iustitia uirtus suum cuiq; tribuens, Reip. uinculum, diuersarum gentium adulatio, fori publici Imperatrix, scellerum uindex est colenda.

A partium distributione, illa certè uirtutem nemo n̄ diligit, quæ labore parta rependit, malè ablata restituit, foenore obligata redit, negotiatione debita supplet, honorem maioribus, inferioribus, humanitatem, paribus beneuolentiam reponit.

A notatione; ius apud barbaras etiā nationes ē in pretio, ideoq; et iustitia suo non carebit ualore, et æstimatione.

A con

A coniugatis. iuste quisquis agit, cum ab iniustis pariter, et iu-
stis oltimetur utiq: et iustitia apud utrosq: suo stabit socio, et honore.
A genere. nulla gens tam barbara ē, quam n̄ virtutis amor
emoliat; ideoq: et iustitiæ tenor tam erit ortus amabilis, ut
nullus sit qui eum despiciat.
A simili. Quemadmodum inter quadrupedes, inter volucres
aquila eminet; sic inter virtutis iustitia dominatur.
Nemo est, qui iniquitatem non oderit, nemo pariter, qui æquitatis
amatores non complectatur.
Ab adiunctis. si æquitatis comitis temperantiam, et prudentiam
colere oportet, certe ipsa æquitas in honoris fastigio collocanda est.
Ab antecedentibus. si amor in Rempub. benevolentia in
cives iure sibi suo venerationem vendicant, etiā iustitia
suum obtinere dominatum debebit.
A consequentibus. pax ē tranquillitas Reipub. securitas in
opum possessione ab omnibus quæritur, quæratur et iustitia, a
qua ista veluti à fonte promanant, et sic de alijs locis Re-
thoricis.
7.^us modus ampliandæ Periodi ē Periphrasis, quæ primo petitur
ex Synonimia, et phrasibus. V. g. Antonius ē fortis. Nulla
eū hostium terret multitudo, nunquam ad eum diverstit
vel hospitatus ē pavor, non formidat adversa, ardua, diffi-
cilia, periculosa. 2.^do petitur Periphrasis ab eruditione symbolis,
proverbijs etc. V. g. n̄ ille suā metuit umbram, nunquam
abiecit hastam, et clypeū, nulla ostentat aversa vulnera,
non

non è illi Cervinum pecus, In fontes spartanos demersus è, et inde mortuus prodijt.

3.° petitur Periphrasis à versibus, et dictis alior. V. g. durus, ut Illex, tonsa bipenibus ꝑ damna, ꝑ cædes ab ipso ducit opes, animumq. ferroi. Cantibus augescit virtus animosa et c.

4.° à similitudinibus. Salamandra in igne, in adversis vivit iste. Ut carduelis spinas pro pabulo, sic ille aspera pro virtutis mãa amplectitur.

5.° ꝑ comparationem fortis, ut Hercules, Sanson, Alexander.

Modis faciendi plura membra in Periodo.

Qui vult augere periodum ꝑ tres dictos modos, quærat plura verba. Plura autem verba dabunt ~~occasiones~~ actiones præcedentes, comitantes, subsequentes. V. g. S. Catharina vicit Philosophos. Præcedit hoc, quod eos citavenit ad certamen, comitatur quod disputaverint, sequitur quod parta victoria triumphaverit. Ergo sic S. Catharina Urbis Alexandrinæ gloria, et sapientissima Christianor. Pallas citavit ad arenã ingenij quinquaginta Philosophos; certatis validissima rationum momenta, socia luce clanora proposuit, dum disceptando cum adstantium admiratione singulor. ingenia captivavit, demum reportata oium suffragio victoria, gloriosissime triumphavit.

Nota

Nota si velis fusius amplificare, tunc singulos sensus, quos verba efficiunt, deducas per circumstantias quis, quid, ubi, etc. et sic habebis copiosissimam materiam Periodi.

Modus variandi periodos.

Diximus supius, periodos dividi in incisam, membraticam, rotundam, et mixtam, modus autem variandi unam in alteram is est, ut ex incisa fiat membratica mutando incisa in membra: deinde id, quod membratice dictum, illud rotunde, idest sensus sine aliquo comate efferas.

Quia vero exemplis magis docens, quam praeceptis, sit igitur haec incisa periodus, quo efferat hunc sensum. Xaverius Bonzios superavit; in hunc modum: Xaverius genuina Ignatij sobo=les, sedis Apostolicae in orbem alterum nuncius, zelo animarum ardens, charitate in Deum flagran=tissimus, eloquentia suae vi, robore, et energiâ Bonziorum potentiam, audaciam, tumorem, et insana dogmata, plauden=te populo, assentiente Senatu, probante Rege impugnavit, devicit, triumphavit.

Haec periodus ex incisa fiet rotunda sic. coram Bungi Re=ge novus ille orientis Lucifer, et ad orbis salutem in occi=dente sol Xaverius effrenatam Bonziorum licentiam approbante universo Populo unius sapientiae instructus armis novo quodam, et inaudito hactenus victoriae exemplo triumphans superavit.

Hoc rotun

Hoc rotunda periodus fiet membratica, si addantur particulæ facientes sensum dependentem ab invicem in hunc modum. Tametsi ea fuerit semper Bonziorum in iactandis falsis dogmatibus protervia, ut ab immemorabili tempore eam retundere nullus quantumvis eloquentissimus præsumeret, tamen ea fuit missi à Deo.

Xaverij magnitudo animi, ut illam nullo penitus negotio in amplissimo Senatu coram Bungi Rege applaudentibus bonis omnibus infregit.

Mixta est membratica fit hoc modo. etsi ea semper fuit Bonziorum in dictis audacia, in agendo protervia, in congressibus temeritas, ut nullum sibi arte similem, ingenio æqualem, parem eloquentiâ existimarent Xaverij tamen à remotis Lusitaniæ Regionibus ad totius orientis incolumitatem ablegati, tanta fuit sapientia vis, ut doctissimorum illorum sua dogmata protervè iactantium facili negotio triumpharet.

Modus variandi membraticas

Periodos

Hæ periodi cum constant membris à se invicem sensu dependentibus facilè variari possunt, si adhibeantur particulæ facientes sensum dependentem. Sunt autem eiusmodi. Primo relativa qui, quæ, quod. 2.do sicut, ita, tam, quam, tantum, quantum, adeo ut, ita etc.

3.o etsi

3.° etsi, tamen, quidem tamen, non solum, verum etiam etc.
Patebunt clarius o͞ia in exemplis V. g. Sancta Lucia moveri è loco non potuit. Sit periodus monomembris.

Lucia prima Siracusanor mulierem gloria, adhibitis etiam aliquot iugis boum à Tyranno furoris oestro nimium quantum agitato moveri non potuit.

Bimembris.

Coelestibus à Christo immissis praesidijs Lucia tam constans uni affixa loco permansit, ut illam vesanus Tyranni furor adhibitis nequiquam machinis vel filum movere potuerit.

Trimembris.

Tanta fuit Luciae Siracusanae Virginis in tuendo pudore co͞stantia, ut non solum ab inacta ãi sui sententia flecti, sed ne loco quidem vinctis etiam aliquot boum paribus potuerit dimoveri.

Quadrimembris.

Si tantam roboris exerere potuisset in castissimam Virginem Luciam Tyranni ferocia quantam praeseferebat fortitudinem Heroinae eius constantia, n͞ modo ab ãi illam sententiam dimovisset, sed loco e͞m etiam facile subjacto ad Lupanar detraxisset.

Quinque membris.

Tametsi subdola Tyranni vafrities technas omnes, et fraudes exercuerit, ut aut Luciae vel leviter violaret ~~vns~~ constantiam

constantiaꝰ, ut invictum ãi illius robur de sede sua ex=
turbaret, illa tam in rejiciendis fraudibus tanto fuit ge=
nerosior, quanto plures Tyrannus ad labefactandam Vir=
ginis virtutem machinas adhibuit.

Sex membris.

Dum Luciæ mollibus primum blanditijs tentores ãius,
deinde terribilibus Tyranni minis ad fidei deserendæ
castra urgeret, apparuit in tenera adhuc Virgine plus=
quam viribus animus, qui licet ꝑꝑ sexus fragilitatem
ad deficiendum pronus videri poterat, tamen n̄ tantũ
blandas promissionũ illecebras rejecit, sed ne loco qui=
dem adhiberi in vanũ machinis moveri potuit.

De particulis connectentibus sensus varios in orationibus

Primo. observandum ẽ, ut aliquid in fine praecedentis
ꝑiodi ponas, ꝑꝑ quod in sequenti sensu debeat poni, vel
relativũ, vel particula causalis

2.do Videndum ẽ quibusdam particulis, quo ~~næam~~ nãõ suã
apta sunt nectere sensus V.g. ac illud quidem, et
n̄ parum affert ad propositã difficultatem momenti,
quod etc. bellum sit Reip. maximo detrimẽto etc.
Verũ ego, et hoc multũ referre existimo, quod etc.
Hac meã quidẽ sententiã ꝑsentem difficultatem au=
get et illud, quod etc.

Neqꝫ

Neq. uo omittenda ē et illa rāo, quod etc.

Jam vero quis commemorabit etc. Damna, vilitatem, istud facinus.

etsi uo. quin etiā. enimuero et illud hoc facit.

Verum satis hactenus rationibus, et illa congruit quod etc.

Nec minus facit ad rem nostram quod etc.

Ad propositum quoq; nostrum clarius enodandum multū et illa ratio affert luminis, quod etc.

Superiore orōne ostendit rei proposita commoda etc.

Nunc honestatem videamus. Etenim etc.

Sed iam hoc totum omitto, superest ut summum propositi nobis afferam argumentum.

Satis de belli incōmodis dictum nunc pacis emolumenta referamus.

Fortasse necdum mea vobis ardet sententia maiora nunc illius firmamenta audite, nam etc.

Et illud non parum confirmat illam, de qua disceptamus quaestionem, quod etc.

Ad hoc. Praeterea. Ad horum cumulū accedit

Verum n̄ his tantum initijs firmamentis nr̄a disputatio.

Restant solidiora rāonū momenta. Nam etc.

Sed quid tantum pericula, vel cōmoda huius rei enarramus.

certe maior restat turpitudo, honestas. nam etc.

Formula citandi testimonia.

Audite, et ambite penitus dicaū illud Tullianū.

At uo loquatr divus ille Augustinus vir eloquentia, gravitate

tate, et veritate sui temporis florentissimus.
Et in primis ita verum iudicabis, opinor omnes nihil esse hoc in tota Nostra universitate, aut praestantius genere suo, aut admirabilis dignitate quam etc.
Impar sum orationis tanta, in qua quo plura dico, plura video restare, et quo vehementius in portum ago remos, eo longius à portu recedo. Quid agam ergo, aut quo tandem me vertam. Non illis nubem aliquam opponam, qui clarissimum etc. solem maledicta, et invidia nebulis conantur obscurare.

De Sancta Catharina. Herois cuiusspiam animam, quam ad tanta incitavit ~~fiscula~~ gloria, ad tot evocavit furores, ad tot efferendos animavit cruciatus in Catharinam transmigrasse puto.
Verba S. Catharinae: Tu mihi Caesar oblato thure numen omnium venerandum proponis? sed quale obsecro numen? illud ne, quod esse omnibus in sylvis crevit? illud quod mortales Praxitilis manus immortalem fecere? an cui umbratilem dedit vitam Polycleti scalpellum? vivo ne Deo Edito, lapides amplectar? Immortali postabito, umbram adorabo?
Verba eiusdem S. ad Tyrannum. Expedi catastas, erige cruces, agita quotquot libet, carnifices, magnifica haec mihi, inquit Heroina, scilicet dona.
Alexander M: Et vincere, et victis consulere scio.

Sisigam

Sisigambis D: M. Tu Alexander Rex matrem me, et Reginã uocas: sed ego me tuã famulam ẽẽ confiteor.

Alexander M. Ob id ipsum, quod ignoti sunt, ignobiles sunt, nam nunquam ignorantur uiri fortes.

Darius Rex Nam ultimi, quos Locauit, auersos, tergaram probent obteri mehercule equor ungulis possunt.

Darius Rex. Multum n. sanguinis inuicem hausimus, et semper grauior in paucitate iactura ẽ.

Darius. Nihil autem põt ẽẽ diuturnum, cui non subest ratio, licet felicitas aspirare uideatur.

Idem. Praterea breues, et mutabiles uices reꝝ sunt, et fortuna nunquam simpliciter indulget.

Idem. Ite alacres, et spiritus pleni, ut quam gloriam accepistis à maioribus uestris, posteris relinquatis.

Idem. sæpe calamitatis solatium ẽ nosce sortem suam.

Idem. O Dij patrij primum mihi stabilite regnum, deinde si de me iam transactũ ẽ, precor ne quis Asiæ Rex sit, quã iste ~~tam~~ iustus hostis, ~~quàm~~ tàm misericors uictor.

Dar: Legatus. Quid opus ẽ armis, inter quos odia sublata sunt?

Idem. Periculosum ẽ praegraue ingeniũ: difficile ẽ continere quod capere non possis.

Idem. uidesne ut nauigia, quæ modum excedunt regi nequeant.

Idem. Nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt.

Alexander. Nihil quidẽ habeo uenale: sed fortunam meam

utiq;

usq. non veniam

Seneca. Par ille est suis, cui pariter dies, et fortuna fuit.

Idem. Nunquam est ille miser, cui facile est mori.

Illum de medio decipiat ratis Ponto, non Puppis lacerae fragmina collige, ut litus medio speret in aequore.

Idem. Vitam qui potest reddere protinus, solus naufragium non potest pati.

Idem Scylla, et Charybdis sicula contorquens freta minus est timenda: nulla non melior fera est, quam foemina.

Hieremias Drexelius in patientiae gymnasio. Nobilissimus liquor est vinum, sed quantis innatat faecibus: vix illud biberet, qui torcular cogitaret.

Semper liberalibus proximus hocet dies Cinerum, et Paschati parasceve.

Idem. Honoris templo proximus est laboris.

Idem. Semper odoriferis proxima spina rosis

Idem. Nemo nullâ in arte, vel scientiâ, nisi plurima patiendo, proficit.

Alexan: Malo me fortunae poeniteat, quam victoriae pudeat.

Darius. Malo insequentibus iter dare, quam auferre fugientibus.

De Austria. Bella gerant alij, tu felix Austria nube.

Poeta. In vetitum nitimur semper, cupimusque negata.

Ismenus Graecus captivus. Nulla est tam familiaris infelicibus patria, quam solitudo, et status prioris oblivio.

Darius. Equidem quam versatilis fortuna sit documentum ipse sum.

Nabarzanes. Quid nimius belluarum ritu in feris non necessaria?

Idem. Fortius virorum est magis mortem contemnere, quam odisse vitam.

Ides

Idem. Saepe taedio laboris ad utilitatem sui compelluntur ignavi, ut virtus nihil inexpertum omittit.

Idem. Falli, inquit, eos, qui proditionis ab Alexandro praemium expectant.

Idem. Violatae fidei neminem acriorem fore vindicem, ultoremque.

Drexel: Adeò toto mortales amore fruuntur, ut pro sanitate pharmaca, pro termino viam, pro conditore res conditas ament.

Idem. Is solus miser est, qui in afflictione constitutus nimium tristatur, et Deo non se dignum probet.

Idem. Si exceptus es à supplicio flagellorum, deletus est e numero filiorum.

Idem. Mactandus vitulus ad Pascua liber dimittitur, servandus iugo promittitur.

Idem. Profectus noster per tentationes fit, nec quisquam sibi innotescit, nisi tentatus.

Sperne caducas contemptor opes:
Adversa pati disce benignus:
Injice carni frena Superba
Humili calca mortale decus.

S. Augustinus Quisquis amat dictis absentum rodere famam
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.
Ut corpus redimas ferrum patieris, et ignes
Ut salves animam iurgia ferre negas.

Nulla crudelior Parca, quàm continuata felicitas; quae nec vitae sapientis parcit.

Elegia, in qua Christus Judæ perfidiam expro=
brabat, illumq; ad poenitentiam hortatur

Nulla fides posthac prostabitur ulli
Certus amicitiæ nullus erit'q; locus.
Illudet tenero genitali sanguine iunctum
Et genitor natum, filius, atq; Patrem.
Vberaq; quæ suxit condemnet filia dura
Dura soror fratrem decipietq; suum.
Et fratrem frater. Susq; deq; ad vertice fient
Quæ quondam mundus facta fuisse negat.
Posteritas seu nostra dabit (ne fabula scenis
Tantalidum desit) crimine facta suo
Omnia iam fient, quæ facta fuisse negari
Possunt, nullus erit, cui sit habenda fides
Hoc ego vaticinor, quia me me prodidit ille,
Qui multo nobis nomine iunctus erat.
Hostibus ille meis modico me vendidit auro,
Heu quanta est rabies turpis avaritiæ
Oscula (quis credat) maioribus oscula sacra
Tessera tam diræ proditionis erat.
Quis furor aut animi, quæ te dementia cepit!
Quonam os fregit sava medera tuum 10.
Vt neq; mortalem lanceam, patrisue timeres
A tergo iustas vindicis esse manum
Vt neq; respiceres, quot sint mea munera, nec quæ
Pro tot muneribus debita facta tibi.

Vinculam

Vincula amicitiae si nobis nulla fuissent
A teneris nullum notitiaeq; genus
Ut si de comitum populari sorte fuisses
Qui sortis omnes utilitate probant.
Quid nisi tot mea novisses miracula Juda,
Quo coelo, et terrâ siq; potestas mihi
Quid nisi novisses quantis mea dextra periclis
Te eripuit, quantis demeruitq; bonis.
Iste olim mirans humani nominis hostes
Nomine discisti te pepulisse meo.
Ut te selegi comitem, sociumq; laborum
Delitijs patriae, participemq; meae
Nimus haud fuerat bis senos inter amicos
Sat tibi pro factis signa futura putem
Me miserum! quid prima iuvat benefacta referre
Quo poterant animo continuisse tuo.
Ipse velim inspicias, quae mens tibi viva renarat.
Signet et impressas cera liquata notas.
Cum nobis Solemnis postrema coena dares
Fletibus, et precibus sera petita meis.
Numquid te testor coenae signata figuris,
Nocturnas facies mentis imago refert
Qualiter unda refert obiectu, aut vitreus orbis
Quaecumq; à tergo sunt meminisse iubet.
Noctis se obijciunt oculis ut facta fuerunt.
Mens mihi quae fuerant visa videntur agi
Nunc videor mihi bis senos spectare sedentis
De socijs lotos ordine quemq; suos.

Quos

Quos inter fueras Juda non ultimus heros
De reliquo numero plus redamante mihi
Jam flammas calidas radiantis sentio amoris
Tunc quibus exarsit tota medulla mihi
Et mihi iam videor pedibus dare basia blandis
Orbi, qua quondam sacra fuere nimis
Jam loqueris nobis, ut quoq; omnia sensus
Ludunt sopitos, et loquor ipse tibi
Saepius ingemino vae! qui me prodet amico
Huic eēt melius luce carere poli
Assidet ille mihi de istaq; parapside sumit
Cibos, hic vir hic ē proditor ille meus.
Hoc cū dixissem cunctos stupuisse recordor
Et querulos gemitus corde dedisse suo
Tunc nullus fuerat, quem non compassio movit
Tunc quivis voluit morte perire meâ
Solus eras, quem nec meritor copia flexit
Asperia, quem potuit nulla movere mina
Numquid ego sum omnes trepidanti voce rogabant
Solus eras, cui horror quaerere nullus erat.
Distribuis tandem supremi pignus amoris
Magno quod fuerat tessera digna Deo
Post hac redimus, callemq; capessimus illum
Quo solitos nobis ire redire fuit
Omnes egredimur tristes sed non tñ omnes
Unus n. à nobis dissociatus eras

Vidisses

Vidisses nostrum tunc os squalore repletum
Profusas cordis, tristitiasq. mei.
Vidisses lacrymas bino de lumine fundi;
Flumen dixisses lumen utrumq. meum.
Tunc audiuisses gemitus, quibus astra feriui
Cum mea uota Deo ter repetita dedi.
Juda tua ò utinam fuerës lumina uictu
Vno sufficiens unicus ille foret.
Vnicus ille sat ẽẽ pôt qui pectora flectat
Visceribus duris caucase nata tuis.
Ille uidere tibi solus tormenta dedisset
Qua nullus flegeton, nullus ~~auanus~~ auernus habet.
Quæ uidisses nostrâ confligere mente
Temporibus uarijs perpetienda mihi
Viribus illa caternatis quatientia mentem
Impauidas poterant frangere Jobe tuam
Vt tantum obruerat ceruici pondus inermi
Obrutus Atlantis pondere uisus eram
Decubi in terram pronus, corpusq. reliquit
Spiritus ~~er~~ erranti cuncta ossa gelu
Post mihi sanguis, nec sudor de corpore fluxit
Secta uelut, cum omnis uena cruore fluit
Omnia certatim fundebant membra cruorem
Vnius, et totus uulneris instar eram
Hic ego subsidio moriens desertus ab omni
Jngemo nullus adest, nullus amicus adest

Hinc ego

Hinc ego conuersus genitorem in vota vocaui
His saltem inuitas non iunit ire preces

Continuatio de Juda Proditore

Excipio vocem clara è nube sonantem
Credideramq́ Deo vota fuisse rata
Astitit ecce mihi Coelo delapsus ab alto
Aliger, exponens ultima iussa Dei
Viribus inde nouis, magnis animisq́ receptis
Ad mala progredior, quæ patienda forent.
Ecce venis Juda magna comitante cohorte
Te duce non meritus, cui capiendus eram
Dicis aue Rabbi, similes tibi reddo vicissim
Voces non fictas ad quid amice venis
Nostros expansis humeros amplexibus ambis
Et mea sunt collo brachia nexa tuo
Impingis nostris, sed perfida basia mallis
Dulcia amicitiæ basia basia reddo tibi 60.
Te verò amplexus, nec verba, nec oscula flectunt
Nemo magis te audet, nemo timetq́ minus
Hic poteras omni te subduxisse dolori
Hic poteras lacrymas continuisse tuas
Sæpius, et subeunt nostram sacra fercula mentem
Pectora, quod possint dura mouere tua
Ac moueant, fiantq́ tibi medicina salubris
Te doceant culpas corde dolere tuas
Hæc si non valuere tuum mollescere pectus
Durior es saxis, sarmaticisq́ feris.

Nam

Nam quid inauditum ē post nati exordia mundi
Quam propria socios carne cibasse suos
At etiam proprio potasse cruore nepotis
Cum eēnt æterna nulla ficla necis.
Magnus amor Jonatam proprio nudauit amictu
Credidit hoc summum pignus amicitiæ
In natum his verbis David monstrauit amorem
Fac Deus, ut liceat pro moriente mori.
At ego quæ tribui, quæ vobis pectore iuncti
Non ignoratis, quaq; daturus eram
Vos ego nutrivi potuq;, ciboq; sacrato,
Quo deberetis pondera ferre, fero.
Lumina velantur, cingunt brachia fune
Brachia, quæ collo cincta fuere tuo
Conspuunt faciem, replent sordibus aures
Impuris boratis iurgia nata focis
Hic volat in barbam sparsus tradit ille capillos
Turpiter à cunctis ludificatus eram
Pulsat turba ferox repetitis ictibus hora
Non secus, ac nimbus grandine tecta ferit
Dum retricta mihi rumpunt tempora labris
Nec color in vultus stagnat in ore cruor
Plura quid enarrem à quo sum deductus in aula
Nulla quietis erat temporis hora mihi
Venditio perversa nimis crudelior illa
Quo minimo fratri contigit Isaacidum

Vicius

Mitius ac nostrum quam tumeris una dextera guttur
Strinxisset subitam quam paterer necem
Dulcius, et nostro stillasses ore venenum
Junxeris, ac nostris labra scelesta labris
Insculo melius regnum, ac inhospita Dracum
Prussisses regnum sauromatumq. solum
Omnis conveniet dum cras aurora rubescet
Turba senum in nostram sedula turba necem
Et cruce damnabor toto arbitrante senatu
Et nemo à nostra parte patronus erit
Lumina spectabunt vestra, quo dicta fuere
Lumina si poterunt ista videre tamen.
Ista tu nollem tibi fiant causa ruina
At animo potius sint medicina precor
Nullus n. quamvis numerum superasset arena
Peccator poterit dicere nulla salus
Funditus occidimus spes nobis omnis adempta est
Peccavi, et perij nulla petenda salus.
Scis quoties peccator, et in quali ingemit toro
Placatam reperit numinis ee manum
Quo fugiendo tuos fodavit culpa sodales
Hoc lacrymis tepidis culpa pianda foret
Ille uis Petrus confidens viribus Heros
Qui pro me perij mille subire neces
Huic quamvis fuerint nulla intentata pericla
Mortis, verbo uno concidit ille gigas

Concidit.

Concidit ille gigas Petrus, verboq; puella
Per iurans notum se negat ēē mihi
Heu foedum crimen, dignumq; perennibus undis
Si satis ēē tamen fluminis unda pōt.
Hoc quamuis nequeat Lacrymar fonte piari
Attamen in paucis ille piauit aquis
Vna salus sceleri ē ōēm sperare salutem
A Domino semq, qui dolet ēē ferox
Vna salus verba ē verbum peccauimus illud
Comissum satis ē omne piare scelus
Lumina Sanctor hoc reddit peccantibus aqua
Omnibus in terris antefrenda bonis
Hanc precor Lone Lacrymis fusis precibusq; salutes
A Patre poscatis, qui pia uota fouet
Vnus adesto Lubens uocitansq; Laud respue numen
Ne quandoq; tuus rideat interitum
Juda rate uale Coelo semq; ualeto
Hoc generare ualet Lacryma fusa uale. 100

Elegia de ualedictione Christi
Dilectissima Matri sua.

Cum redit in mentem tristissima temporis hora
Qua iussus matri dicere triste uale
Cum repeto tempus fidissima tempora linquens
Tunc cadit ex oculis Lacryma mesta meis.

Jam

Jam prope tempus erat, quo me Diuina uoluntas
Bethania graui iussit abire loco
Istud mandatum excepi fulminis instar
Viuens, et uitæ non memor ipse meæ
Attamen ut uitam media de morte recepi
Certius, ac omnis uena honoris iter.
Erigor extremum morbis abiturus amicis
Dicturus solitum salue, et amice uale
Jussa daturus eram, sed cui mandata dedissem
Omnibus ex caris adfuit una Parens
Amplector flentem matrem, flens acrius ipsa
et tenuit laceras imbre rigante genas
Altera non aderat socior turba fidor
Nec fuerat fati certificata mei
Quamuis nemo meum sciret deflebile fatum
Omnia flere tn̄ uisa fuere mihi
Quocunq; aspicerer fuerat mihi mœror, et angor
Justa quasi facerent Christe obiture tibi
Funere terræ meo pondus cum sydere meret
Jamq; faces noctis nignor umbra tegit.
Si licet antiquis componere facta moderna
Hac facies mundi quando peribat erat
Tempus erat currens quo quondam lumina noctis
Exciterant omni splendidiora die
Hoc ego inspiciens infausta genetlia cerno
Sydera quæ frustra fausta fuere mihi.

Respi

Respicio terram patriæ cōmotus amore
Patria si qua uni patria sancta mihi
Nabat et inde meos noctu fallebat ocellos
Quam nostris oculis cernere uisus eram
Te patriam linquam, Patris hec ē fixa uoluntas
Nunquam uos oculis arua uidebo meis
Sunt relinquendi reuoluunt uiscera paterna
Este salutati tempus in ōē mihi
Jamq́ ualete diu uolucres sine corpore mentes
Ratis pro grato pectore semp agam
Quamuis pro uestris insons crucifixar amicis
Suspicione tn̄ uos releuate nec enim
Humano generi fuerint qua iussa Parentis
Dicite, pro obsequio ne scelus ēē putet.
Vt qua scitis, homo pennæ quoq́ sciat auctor
Placatus, incipiat non miser ēē, Deo
His precibus superos petij, sed plurima mater
Verba dedit gemitu dimidiata suo
Illa sup terras sparsis abiecta capillis
Et uotis cepit sollicitare Deum
Omnipotens Deus in me dirige spicula mortis
Pro caro genito moriar ipsa lubens
Integer ē uita hic, ac omnis criminis expers
Si sceleris reus ē hoc ab origine habet.
Multa alia in primos effudit uerba parentes
Cepit et illorū uitupare scelus

Interea

Interea cursum perfecerat æmula Phebi
Et pallescenti fugerat ore diem
Ad quoties Luna dixi properante quid urges
Vel quo me cogas ire, vel unde vide
Ad quoties hora certa venisse putabam
Ultima suspensa, quo foret hora mora
Quid facerem placida vita cohibebar amore
Sed generi humano vita duranda fuit
Quid facerem debilis tormenta caro trepidabar
Sed tormenta pati debuit ægra caro
Quid facerem fidi socij innodabar amore
Morte sed hic nodus dilacerandus erat
Quid facerem precibus matris retinebar amenis
Linquere sed matrem visa Parentis erat.
Ut redirem tamen longo post tempore sensus
Si quid pro nostra sit valitura nece
Languida nostra satis terebravit pectora vultus
Cum in nostram faciem flecteret hora Parens
Non aliter dolui quam Ceruus arundine læsus
Qui ferro, et cornu vimus inde videt
Jam levat illa caput multum fragratq cubile
Anhelidum tardum difficilemq trahens
Aggredior rursus surgentem ubleus matrem
In quadram sedem colloco semianimem
Neq proficentium apprendens retinere volebat
Nutibus, et lacrymis e mihi visa loqui

Quid

Quid petis ô mater, quid fert tua certa voluntas
Obsequiosus ero filius ipse tuus
Dixerat illa mihi properas quo cara propago
Semita quo fallax dirigat ista vide
Tu non ignoras quod sint quò mitteris sortes
Et linquenda parens utraq; digna mora
Talia sed mater pia sunt decreta Parentis
Quo nulla longa sunt violanda mora
Rursus in amplexus in et oscula currimus ambo
Soluere quos nemo nec numerare queat
Ah quoties flendo suprema dedi oscula matri
Et quoties dixi mater aveq; vale
Ah quoties eadem cõmendans me ipse fefelli
Dum pius in matrem dissimularet amor
Nunc rursus tango portam rursusq; revertor
Indulgens animo progrediente pede
Non aliter lusit quam lusus Ouidius olim
Cum linquenda sibi patria, et uxor erat
Hic licet exilio damnatus Caesaris ira
At ego sum mortem iussus obire Crucis
Uxor in aeternum viuo sibi viua negatur
Res illi, mihi res, spesq; recisa fuit
Cum licet amplector nunquam mihi forte licebit
Hic quod sperabat pôe licere sibi
Dum licet amplector pariter ~~[illegible]~~ clamauimus ambo
Et meus, et matris colla lacertus habet.

Iungimus

Jungimur haud aliter quam viti iungitur ulmus
Quodque maritans populus atque hedera
Quod mihi mater ego quot matri basia fixi
Nullus scit quantus fervor amoris erat.
Denique dum flemus dulcique vitamus amori
Fatalis nobis Lucifer ortus erat
Separor haud aliter, quam cum de vita iugalem
Abrumpunt ulmum fulmina missa polo
Sic stupui pedibusque cavabam sanguine fuso
Scisa velut cuncto vena calore caret
Sic illi doluit cognoscens nuncia fati
Natorum, Patri tristia fata nimis
Ecce oritur noster clamor, gemitusque Parentis
Quem prius abdiderat saevus in osse dolor
Limpida rumpuntur Lacrymarum flumina rursus
Obiice ceu rupto vena reclusa petra
Pendula tunc mater sequitur suspensa Lacertis
Missis hoc Lacrymis tristia verba dabat
Discedes sine me fili, mortemque subibis
Non poteris fili me sine matre mori
Non poteris fili simul hine properabimus ambo
Et moriar nato cum moriente Parens
Te iubet ex vita discedere numinis ira
Me pietas, pietas hoc mihi numen erit
Hoc interrupi dicens frustra ora fatigas
Fletu pro nostra nil valitura nece
Divulsis tandem manibus mea pectora rumpi
Credebamque meo corpore membra rapi

Hic

Hic oculis mea Labra Parens cimouit a[illegible]tris

Plura uidebatur dicere uelle mihi.

Corporis, ac nostri cuius sibi finxerat umbram

Perstijt expansas illaqueare manus

Cingere me tenenis fuerat conata Lacertis

Per cingens repens praeter inane nihil

Progredior tristis facie, sparsusq. capillis

Fletibus ac oculis, irriguisq. genis

Progredior lenous, propero, properansq. Labascer

Infirmam corpus destituere pedes

Hic ego semianimus defici in tramite Lassus

Deficit ut trepidans miles ab hoste fugax

Sic quoq. dama canes fugiens, fugiensq. sagittas

Declinatur Lumi deficiente gradu

Viuq intrea mater confecta dolore

In medio Lacrymans succubuisse foro

At ubi conualuit multo post tempore sensus

Et solitum pulsans uena teneret iter

Surrexisse foro faedata puluere multo

Orbatam nato limina adisse domus

Squallentes sparsisse comas, uestesq. cruentas

Vnguibus exertis discidisse suis.

Nec lacrisse minus quam si sua uiscera sciret,

In seruis suauis esse cremenda rogis.

Atq. optasse sibi succidi stamina uitae

Cui tamen haud uoluit scindere fila Deus

Viuat

Vivat, dilectisq. meis solamina praestet
Vivat et illorum roboret usque fidem
Interea dulci mea membra quiete levavi
Tempora nulla tn̄ laeta quietis erat
Sed fuerant lacrymae, et labor, et suspiria cordis
Cumq. tremore fuga, cumq. dolore neces
Nil etenim praeter mortis tormenta ferebant
Somnia, me miserum somnia dira nimis
Rumpitur heu quantis furijs agitatur Avernus
Et quantos ignes ex acheronte vomit
Fabricat hic enses, spinasq., crucesq., rotasq.
Omnibus in nostrum fulminat ille caput
Omnibus his fueram propositus meta sagittis
Milleq. me solum me petiere neces
Pondera quae generi humano superanda fuissent
Hac humeris fessis sunt subeunda meis
Suppetias clamo mihi naufrago ferte iuvamen
Non tn̄ ullus adest, qui mihi ferrat opem.
Vale

Invitatio ad Vindemias
Vinitor e Tmolli facundo culmine venit
Quod ligo rurali sydus arā fodit
Hic postquam Pauri vites lustrasset alacris
Metymniq. gravi pinguia vite iuga

Is mihi

Is mihi narrauit genialis littora Naxi
Non tot ferre botros illa quot alma refert.
Vnus uas totum pôet replere phalerno
Mirabor uitem sustinuisse botrum.
Linque aliquando scolas, dixit mihi, linque palestram,
Botros, et paruule colle legamus humi.
Quolibet sis similes campani uinea monas
Et fermè in quouis palmite ternus adest
Tellus ter felix dispar nec fructibus illi
Qua cum lacte sacro mittere melq; solet
Hos pingues botros cum uilia prela domarint
Ô quam tunc nobis dulcia musta dabunt

Elegia breuis de Aucupio

Buxos tantisper placidas deponite Vatis
Ponat Apollo lyras Orfee cuq; Melim
Montanas imitata deas te cinge Thalia
Ciclade frondenti, nunc decet ista toga
Ô Vatis celebres uindes curramus ad agrum
Jam puto sat Musis temporis eê datum
Jbimus ad Nemorum fastigia calle secundo
Jbimus, et satyris mane feremus aue
Jbimus ad trivia syluestria castra Diana
Hauserimus uolucrum suauiter aure melos
Ô quot certabunt ibi tunc discrimina uocum
Quam uoces blanda carmina grata dabunt

Hinc

Hinc filomela corum statuet sibi in arbore celsa
Illinc in dumo dulcis ~~acta~~ acanthis erit
Diffundet suaves in ipsis halcio cantus
Et tota sylva musica canora erunt
Advenias igitur Fidus dum cedunt sydera Coelo
Et remeat nitidus, nocte abeunte, dies
Tu mecum tacito passu conscende cacumen
Et caue ne strepitus suscitet ortus aues
Insidijs bene formatis nos ēē decebit
Ne structas fraudes plumea ludat auis
Non opus ē ferri, sed firma compede visci
Deceptis abitum virga iuncta vetat
Ergo de grandi, de tonsis arbore ramis
Nos virgas spurias inseruisse iuuat
His quando aduolitans volucris requiem sibi quærit
Se captam miserè ~~senti~~ sentiet ēē dolo
E nostris prædis vectigal pingue Dianæ
Tunc cedet, multa et mensa premetur aue
Hoc unum cuncto trepidandum tempore nobis
Ne petat Idalium lubrica planta nemus

Vatis valedicit Parnasso

Colles Parnassei, et plantis signata Deorum
Vndis Pimpleis nobilitata iuga
Jam sat manarunt alto de culmine Pindi
Sacrati latices, Gryphsaq́ digna Ioue.

Jam

Jam satis ē Vatibus dictum, Cusumq. Poetis,
    Et sat de numeris docta Italia tuis
Vos unda, et fontes, et fontibus altior ipsis
    Castalidumq. Parens suauis Apollo uale
Jam petit eloquio Vatem facundia sacra
    Hoc dabit expansis pōe natare salo
Nexus, et funes animi, mentisq. ualete
    Jam me Suada petit ~~ut~~ uincla ualete metri

Epigrāma de S. Martino

Diuidit auratam uestem Martinus egenti,
    Vt citius metam tangere possit equo

Epigramma de S. Catharina V. et M.

Dum ferus astaret stricto mucrone Satelles
    Cathiadi ut sacrum tolleret ense caput
Credidit ēē uirum mentito lictor amictu
    Nulla quod in facie signa timoris erant
Dumq. ream cedit lacteus pro sanguine niuis
    Cernit, et admirans credit abēē uirum

Epigrāma de S. Barbara V., et M.

Quo nuis infelix stricto mucrone Dioscors
    Prolem festinans morti necare tuam
Barbara dum patitur non barbara sed pia sestit
    O mihi postrema sit pia uirgo die

Epigrāma

Epigrāma de Imaculata Conceptione
Beatae V. Mariae

Maxima virgo parens, quoq; magni nata tonantis
Mater, at absq; viro, virgo, sed absq; pari.
Omnia, quae de te canto, mihi mira videntur,
Sed mirabilius, quod sine labe canam.

Epigrāma de negligentibus studiosis.

Lumina quorundam, mentesq; sopore gravantur,
Ne possint nitidos cernere solis equos.
Perlustrare libros cupiunt, nec tegmina cernunt
Cumq; studere volunt, obruit unda genas
Pigrities dextras perstringit, dic mihi Vates,
Dic quodnam medium talibus eē queat.

Vita B. Stanislai Kostga
Epigrammata illustrata.

Epigrāma primum ab affectu Contrarior.
Nascitur Mascovia in Polonia

Nascitur Arctois illustris Sarmata terris
Tristis ubi gelidis bruma rigescit aquis
Cuius non quas glacie gelidi peperere Triones
Miretur flāmas, Stanislae tuas.

Epigrāma ~~~~~tum~~~~ ab inductione

Aeger Viennae Diabolica spectra fugat

Aegrotus saevo languebat Kostga dolore
Mens tamen ad superas ibat ad usq; domos
Vota

Vota negant Sussi, surgit mox Hostis ab orto
Et ruit in Sacrum Larua canina caput
Comisit ter Larua pedem ter pulsa recessit
Sarmata uicisti prelia terna Ducis

Epigrama 3.um ab optatione.

Coelor. Regina, et Christi aspectu fruitur

Virgo, Deusq. puer prebent spectacula Hostie
Et rapiunt uisus lumina Diua tuos
O rutilos uultus! o dulcia Virginis ora
O Titan uno, Lunaq. uisa loco.
Hic ego Coelor. pro lumine sydera posco
Hic uellem fieri totus ocellus ego.

Epigrama 4.um ab allegoria, seu nominis inflexione.

Angelor. manibus corpus Christi sumit
Comitante Diua Barbara

Angelici nimo panis flagrabat amore
Cui tamen hunc ferret nullus amicus erat
Vertitur ad Superos, audit mox Barbara uota
(Ad fusas nunquam barbara uirgo preces)
Aligeros tandem, et circum Coelestia cernit
Angelicas ad se fercula ferre manus
Anceps hic heret, nec scit quo lumina uertat
Ad Coeli rutilas lumina aperta faces
Attamen hic poscit niueum flagrantius orbem
Hoc et in orbe putes, orbis uterq. fuit.

Epigrama

Epigramma 5.^us

Adlegiz ad societatem Coeli uoluptatibus
fruens.

Tandem flamatis petijt quod Kostga medullis
Quemq diu cupijt iam tenet ille locum
Nec mora flagrantes mox undauere medullas
Nectar et Ambrosia Coelica dona tuas
Quens in ardenti quid Sarmata senserit igne
Ille sibi sensus sensit abee suos

Epigráma 6.^um

Habitu pauperum e paterna domo Roma fugit.

Heu fuge crudeles terras, fuge Kostga paternos
Sponte lares patrijs exul amice plagis
Si genitor turbet planctu lugentis ululatum
Si mittat senium triste, recemq domus
Si genitrix rabido turbatos fortis capillos
Post habitum Sanctum miserit ungue fuge.
Sigz soror lacrymas tenera de frontis cruentis
Ad pedam nimias mittat inermis aquas
Si frater caeco uectus post terga furore
Miserit et furias tu fuge diue tamen
Si metuis lacrymas, lacrymis subblenito pontum
Ecyus immissis diue natalis aquis
Si fratris furiae surgant, seuiq furoris
Kostga uola, pennas flamiger addet amor.

Epigráma 7.^um

Studium macerandi corporis in Stanislao.

Bella

Bella quibus diro multans ergo flagello
Irrataq. nimis trinserat ille manus
Candida setosi stimulabant pectora villi
Cingebat sacrum ferrea zona latus
Quid querimur? nostris si vnferis prolia Kostke
Vices ee Cives sena nostra iocus.

Epigrama 8.um

Aegrotanti oborus cordi gelida temperatur

Totus flammigeris ardebat Kostka favillis
Et cor fiebat preda petica focis,
Ergo dedit Latio gelidas de flumine Lymphas
Tybris, et Arctois pectora mersit aquis
Mutarunt elementa fidem, prius ignea ~~ca~~ Lymphas
Pellebant, at nunc provocat ignis aquas
Iam não stupens Divo subscribat amanti
Imperio cuius mens elementa tenet.
Hoc voveo vatis, pravos ut pectoris ignis
Lympida syderea diluat unda Thetis.

Epigrama 9.um

Die Sancti Laurentij ultimum morbum contraxit.

Orbi dum renovat festos Laurentius ignes
Corripis ecce tuos Sarmata Sancte rogos
Flama capit flammas ignis succenditur igne
Flamma triumphalem, quo ciet igne pyram.

Epigrama 10.m

Epigramma X.^um

Praedicit obitum suum.

Sarmata dum miserè ludebat taedia vitae
Taedia delicijs insidiata suis.
Tandem ait ô quando! quando tu vita videbo
Vita nimis longas, quae trahis usq: moras
Vitam inquit spectabo perennem, quando Parentis
Vita triumphales è subtrara choros

Epigrãma XI.^um

Moritur Romae nocte assumpta
Virginis.

Virginis excelsos spectat dum Kostka triumphos
Postremumq. sibi cernit adêe diem
Advenias audit matris tu nati triumphus
Expectat superis associande choris.
Non potuit natus dulci sine vivere matre
Nec potuit mater tu sine nati mori.

Epigrãma 12.^um

Multis post mortem miraculis
illustratur.

Mira facis, tu mira facis post fata triumphans
Coelitibus foelix additus Kostka choris
Sed quid musa loquor minimè sunt mira relata
Maxima mira forent, si tibi nulla forent.

Elegia.

Vanitas vanitatum Lacrymis deflenda.

Ite leves elegi tristes dati lumina nimbos
Lacryma sit tantum pro elegia cruus

Polle

Tolle triumphalem nudatâ fronte decorem
Non decet in tristi fronte uidere comas
Contege turbato scabulares tegmine colles
Non sunt plausibili damna canenda metro
O dolor! ò Lacrymæ! gemini duo lumina fontis
Heu dolor emissis uerba natatis uadis
Currite disruptis undantia flumina nimbis
Currite sint Lacrymæ uerba, sonusque uacet
Ibimus in fletus ò multiplicata dolorum
Illias ò nullo sors cohibenda malo
Heu dolor æternos meus dat lumina fontis
Et mihi cor salsis flumina pandat aquis
Flumina queis totis hominum delicia terris
Merguntur nostris abdita luminibus
O mea si Lacrymis excrescere flumina possent
O mihi si querulus duret in ora sonus.
Æternos oculi possent educere fletus
Fonteque ceu uiuo tum fluceretis aquas
Perpetuis flerem Lacrymis dispendia uitæ
Sicque meum semper uiuere flere foret
Fontibus undarem, totusque immergerer undis
Mergitur ut tumido fissa canna salo
Quo sic sanguineo nostra delicia uita
Deflerem madidis rore cadentis genis
O quoties querulo renouarim carmine ab ortu
O quoties mostus rumpet ora sonus.

Heu

Heu dolor aetreas cerno vilescere mentes
Heu video à certis degenerare suis
Heu video aetreas terris descendere curas
Mentis et excelsa germen in ima rapi
Proh video vili pretio decurrere tempus
Tempus +pretio, quo redimuntur opes
Siccine concessos nobis consumimus annos
Sic terimus nostros sole cadente dies
Siccine quo rapidis decurrunt tempora velis
Ludimus et nostris pascimur ergo malis
Quis mihi det solido sculpantur metra metallo
Damna quibus vita non reparanda cano
Quo nunc hora volat nulla revocabitur arte
Haec tn̄ in vanos diffluit hora iocos
Quid video? sic tempus abit sic mensis, et annus
Saecula labuntur, diffugiuntque dies
Hos tn̄ heu rapiunt fluxarum somnia rerum
Et rapit hos Pluton, hosque volupta rapit
Atque quam varijs hominis deludimur umbris
Atque sunt celeris sena nostra ioci
Tollimur in nubes tumidi, ventoque rotamur
Pentamus nostris astra ferire comis
Tollimur in nubes rapitur sic pulvis ab Euro
Quem rapido girant turbine fortia noti
Tollimur in nubes tenui difflamur et aura
Et vapor aut tenuis bullaque tacta manu
Heu

Heu dolor, heu quantis mercamur prodia curis
Heu mihi crudeli scindimus ense solum
Conserimus pomos, disponimus undique uitis
Aggerimus fimis noctu, dieque nouus
Ecce domos struimus, Coeloque educimus arces
Heu data perpetuo terra colenda foret.
Hicque prius
Designat structus quos uolet ille Lares
Sic mea quadratis surgent pallatia tectis
Sic mea agit felix surget ad astra domus
Ibo turrigeris fingam mea praelia uallis
Aeternumque ualeat nomine ut inde domus
O genus insanum coeco ò contagio mentis
Heu nimis euandum quod fabricamus opus
Jam studium gemmar, et habendi quis furor auri
Sudabat in hoc noster noctu, dieque labor
Crudeli ferro proscindimus abdita terrae
Viscera heu quoties palida terra gemit
Diuidimus terras, uastum tranamus et aequor
Et diffusa brevi nos trahit unda salo
Sed nec finis adest sudoris, proh dolor ultra
Anxia sollicitus serpit in ossa furor
Et modo peruigilis frangunt in somnia noctes
Tuamque sumus miseri fors in amore Cryde

Congerimus

Congerimus aszas toto pallescimus auro
Cum fluit in nostras Ilyja talza domos
Quid tn̄ ē aurum fulua nisi puluis
Gemmaq; quam uitrei gutta gelatæ manis
Hoc tn̄, hoc cupimus Coeli iam temnsimus astra
Proh pudor, et fluxas pluris habemus opis
Atq; nec in tali stat iam dementia passu
Veloci in peius labitq; acta pede
Sunt sunt diuitiæ matris fecunda malor
Cis et in spetos qua cupis ire uia
Diuitiæ uitia adiungunt res ardua rer
Hoc inter mundi non perijsse mala
Funerea ad cæcam ducunt hoc damna uoluptam
Heu dolor in præceps non nisi diues ~~abit~~ abit
Diuitiæ moles et inanis copia rer
Hæc nostra in præceps ærea corda facit.
O crudele malum menti male sana uoluptas
Quærimus hanc nostra credit' sponte neci
Mille per anfractus per mille hanc quærimus artes
Hæc est qui proprijs ingemat ipse malis
Hanc emat ut cæcus ferrum paritur, et ignes
Attamen hac ~~e~~ empta mille uenena bibet
Mille bibet mortes animo, quas partunt uero
Humana menti blanda uolupta sinu
Mille

Mille per insani rapimur tormenta doloris
Postica potamus, conbibimusque necem
Hic sedet ad cyatos totus se perfluit auro
Hic sedet ad notas milla nocitura dapis
Nec repetit sensu quo nam ventura paramus
Quodue canet fatum crastina fortis dies
Ducit hic in somnes quoties per tempora noctis
Cuique placeat gleba fortis parva putor
O quot, et o quales speculo censore Citaras
Corrigit et falsa perpolit arte genas
Caesaniemque alta cinectit frontis capillo
Surgit, et undatis plurima gemma comis
Hoc miserum noctis agitat mala cura diesque
Semper et in medio fluctuat Oceano
Hic dolor heu quantum est totum in rebus inane
Non nisi nos pascunt spicula damna neque
O quanto est satius nullo iam compede vinctum
Libera posse animi frena tenere sui
Mens alia est nobis puero iam fugimus arcum
Iam nostro illius sub pede colla iacent
Est iter ad superos ad vos fulgentia tendo
Templa per enanti nobilitatis fare
Vos vigiles ignes vos laurea sydenis astra
Vos decet ut solum pectora nostra flagrent

Epigramma

Epigrama de Ccho

Dic mihi qua densis habitas conuallib. Echo
Cur populus pacem sic modo clamat? amat
At dicam pacem, precibus concurritur? itur
Vt damnum fugiat triste colonus? onus
Rusticus ergo iterum campos reparabit? Arabit
Et tuto currit Remige Nauita? ita
Omniaq. euenient in Mundo prospera? spera
Largaq. nec rer. copia deerit? erit

Elegia. Jonas nautis de triduana in uentre
piscis mora, et ex illa liberatione

Nauta uatidicû funesta à sorte citatus
Sociarumq. fato, praecipitemq. dabas
Nunc vero salue curuas nate incola puppis
Seu te terra tenet, seu tumidis unda maris
Miraris, dubitas, cuius sit littera quonis
Viuit in undiuomis Jona superstes aquis
Jona superuiuit turbaq. epistola praesens
Jona superuiuit, certificatq. manus
Hoc quo scripta legis Niniues in littore scripsit
Littus primo mei quod tetigere pedes
De conca feci mecum de cortice chartam
Pena arundo dedit, puluis arena fuit
At qua dextra dedit mihi pristina littora quonis
Qua mihi dextra dedit littora numen erat

Nondum

Nondum undas tergi prorâ depulsus iniqua
Pax domuit Cauros, Oceanumq; quies
Fronte repercussa, qua intrabam nocteis undas
Unda quieta mihi limpida visa fuit
Hic ~~mihi~~ vidi, stupui, emergi de viscere ponti
Invisum monstrum terrificumq; nimis
Mons mihi visus erat tanto de corpore movet
Grandior aut petrâ talia membra tulit
Bella diu nimis squamis horrenda scabrosis
Dentibq; ac oculis armati, et ore minax
Littoris evoluit cauda, pinnisq; capillis
Absorbet fluctus flumina ventre vomit
Vix sillas absorbet tantum, vix ipsa Charybdis
Plus sitit hoc illis, plus capit ista Thetis
Verticibq; rogo mille Deum submergar abyssi
Gratus et in fundo undarum humatus aquis
Imus forte dabit iucundam fundus arenam
Et fossam tumulum dulcis arena dabit
Hac olim iurabam propellens nauta dicet
Sit tibi arena levis, cui fuit unda gravis
Sed fuctu proprio delabor pondere lapsus
Viribq; exurgit bella agitata suis
Heu mihi quanta patent deductis vectibus antra
Non piscis ventrem, sed Stygis antra putis

Scintillant

Scintillant oculi consurgunt squamea terga
Comprimit in nisum dentibus ora cibum
Heu mihi sors talis pendebo fixus in unco
Mors inuisa solo suppliciumq; nouum
Dentibus aut fossa membratim conteret ictis
Illi quot morsus vulnera quoq; dabunt
Hec dum suspensâ tremebundus mente revoluo
Accedit ille undam me vadit unda simul
Non aliter quam cum tellus reserata fatiscit
Absorbens montem, monsq; propinqua vadit
Non sic obstupuit Core, Dathan, et Abiron
Illos, cum viuos panda vorauit humus
Sic ruit in celso qui fessus pegmate dormit
Cum terra fremitu pegmata quassa ruunt
Viuus ego fueram monstri desceptus in alueum
Nec fueram vitae conscius ipse meae
Ast rediere breui, nos grande stupescite numen
Mens ratio, sensus, vota, precesq; mihi
Conduplico palmas, sustollo ad sydera vultum
Quaq; licet mitto vota, precesq; Deo
Verum tarda nimis peruenit gratia vota
Munere pro tanto gratia tarda fuit
Quis quaeso viuum monstri demissus in orcum
Absumptus subito non foret igne cinis
Attamen haud laedor, nec tantis ardibus uror
Venter et igne caret flamma calore caret

Non

Non ego contritus, nec lesus faucis ab unco
Nec datis in ventri cena parata cibum
Belluam quam sorbet lympham non officit ulla
Innato & grandes piscis a instar aquas
Et nobis in ventre domus, certumque marinum
Piscis agit navim, piscis agitque ratem
Cinctus auricomum ter misit in aequora vultum
Perduxere suos sydera Cota Choros
Tempora signabat piscis, noctisque diesque
Distinxit motu, remigioque suo
Ter petra incubuit pressus gravitate soporis
Ter quoque reclusit lumina nostra sopor
Orto Lucifero Lotis ter plausit in undis
Evigilans vicini ter quoque nota Deo
Bisque suum corpus saltu liberavit ab undis
Exorto soli bisque litavit aquas
Tertius ortus enim fuerat mihi terminus huius
Carceris, excelso sic statuente Deo
Sic statuente Deo posuit me in littore piscis
Restituitque Jovi pondus inane maris
Promitto vobis similem, mittoque salutem
Sic meum colitis numen amatis idem.

Epigramma de Leopoldo visitanti Cellas

Virginis Austriacae Princeps ascende penates
Unica, crede, salus provenit inde tibi
Inde tonans summos furibundos fulmina in hostes
Regni Romani nascitur inde decus
Inde tibi Coeli consurgunt omnia dona
Ista namque cella claudit omne bonum

Poema Georgico Pollemicum de S. Georgio Martyre.

Bella per Ausonios Tabo manantia campos
Cappadocum ~~Capadocum~~ sacrata ducis funesta Tyranno.
Dicere fert animus fretus fortissime Divum
Ergo fave! qui bella potens, martisque cruentos
Sanguineas vicisti acies, rabidasque Tyranni
Iras victor ovans. Tuque o formosa Canentum
Caesaries quam Phoebe decet quique Eonida
Aurea spectasti decurrens sydera et alto
Augustam Coelo vibrabas Cynthie lucem
Quo Leusony claros sus astra triumphos
Sustulit alma ducis. Tu pectus et indue vultum
Fatidico pallore Poli iam pectore toto
Pimpla fluit, cotumque sonant concordia phoebum
Jam video saevire acies, iamque effera Martis
Praelia Romanis cerno consurgere campis
Has mihi principio causas, et semina belli

Musa

Musa refert fidibusq. prior concludere missis

Narratio. Telluris glaciale caput, et tristia nimbis

Frigora, et Austrifero nebulosam vertice frontem

Immitis condebat hyems. Stat aequore toto

Axe rigente nives quod spirant flamine cauri

Cauri montana gelu campisq. iacentis.

Jam riget omnis ager clausum mare littore toto

Audaces prohibet versum tranare carinas

Et gelidas hibernas aquas, nimbosq. mentis

Depluit Auster, aves iuvidi viduanq. hymito

Intereunt Armenta soli, fusiq. pruinis

Occumbunt pecudes dum certat aquarius orbem

Ipsa parens illus rugas induta seniles

Tempore iam longo primam renovare iuventam

Coepit, teneros iterum transire per annos

Interea fecunda Pales, et Flora, Ceresq.

Pampineusq. pater Tarpeio colle Quirinus

Ducebat luxus, et festa celebris Roma

Namq. dies septem fundata collibus urbis

Festus erat primi vixere Palilia patris

Hoc luce prima fuit Lacys ambage ruminis

Cyclades Tybris portus qua condidit Urbem

Iliades hoc primo dies hic minibus ortus

Proh

Proh Superi funesta dies lux illa dolorum
Prima fuit tunc templa urbis, circusq: theatra
Tarpeio sonuere Jovi tibi plurima ad aras
Vernino Iuno cadit tibi festi Romula primum
Sacraq sine nube dies, ac omnia circum
Atria festivo resonant percussa fragore
Hic festos duxere dies hic regnia plausus
Ducebant Urbs, mollemq: ferocia luxum
Nec norant venisse satis, nemorisq: fovendo
Tempora: proh Caris tanta est oblivio rebus
O Urbs iam tempus adest quo campus, et arbos
Floricomos Caelis Tauro currente colores
Alteramq: novam vultu de numine sumat
Ergo Coelicolum summus rectorq: parensq:
Sublimi residens solio, et flammata retorquens
Fulmina, subiectos Coelo dum prospicit orbes
En terras glaciale gelu, caurosq: rigentes
Cuncta tenere videt, sunt haec mea Numina terrae
Numina queis data cura soli. (Scriptaq: verba
Miserit in ore pater.) multo se Numine torquens
Tunc iubet acciri terra, belliq: potentem
Is Lemovisina fuerat fortissimus heros
Tentus satis terrae cultor, cui Georgica nomen
Aeternum peperere polo talaria plantis. Figit
Iam Cyllenius habet vacuumq: per aera lapsus

Coppadoni

Cappadocus vocat ille Ducem videt amne Cavari
Sanguineo Divum heroem, terraq: colentem.
Talis ait mihi visa heros tu summa tonantis
Jussa petunt; secat ille viam ~~Curbatus~~ Curbatus in altus
Quadrupedem, neq: n. licat mandata morari
Martius ante furor Divum Casus ambit in orbes
Terra pulchra seges, violaq: et Lilia, et [illegible]
Pro cultura coli, Coeli visura coronam

Elegia, in qua fit votum ad Spiritum Sanctum

Tota, praecipq: canamus, quoniam meus uritur hortus
Succumbunt flores, lilia, caltha, rosa
Non tamen Hippotadi dicam Junonia vota
Qua data fallaci falsa fuere Deo
Nunc cupio Eolides, quos clausit Jupiter antro
Hortos hi quatiunt, floricomumq: gregem
Sed tu Spiritus alme meis adlabere terris
Et leni flatu nostra roseta reple
Nubibus umbrato terras, et nubibus astra
Abdicas Phoebi, flammigerasq: rotas
Heu quantis noster torritus ab ignibus hortus
Vertit in foenum floridis omne genus
Depluit rorantis disruptis nubibus imbres
Ignitis e coeli flora cremata satis
En ut non Veneris, sed Christi sanguine tincta
Palleat exanguis spreta ab amore rosa.

Non

Non iam umbrang viola ferugine grata
Ast Labiorum pullo tristia fata gemunt
Dum sequitur solem subsistit solis imago
Et perit obsequijs obsequiosus amor
Iris adest, sed non Coeli Thaumantias Iris
Qua terris dicat iam pluet Auster aquas.
Sed Noe adest fuerat quae sandi nuncia coeli
Qua dicat terris, non pluet Auster aquas
Florum rex alias, qui toto vertice supra est
Deflexum in terra pendulat ecce caput
In sicco moritur, quem quondam perdidit unda
Tantaliam poenam, suppliciumque subit
Olim cui vitam zephirus brevem ademit
Et vitam dederat rursus Apollo novam.
Nunc iterum moritur nunquam rediturus in hortos
Totaque peioris conditionis obit
Ruptus adonis hiat magnum et sine sanguine vulnus
Non tamen emoritur dentibus icous apri
Decumbit succo spoliatus amaracus omni
Balsama de fracto corpore nulla fluunt
Nunc amaranthe vides quibus es genitoribus ortus
Noscis, et ostinas non tu Labiorae Cores
Sic pallet, squalet, sic horrit vultus acanthi
Quum vilis, aut valeat nulla mouere Dea

Cuius

Quid reliquam numerem plebem tellure creatam
Quae patrium subit contumulata solum.
Labitq hic pedibq, pendent huic brachia cassa
Hic a͞ia dubitat qua moribundus agat
Isti divisi medio; in diversa fatiscunt
Dextra petit dextram, parsq; sinistra suam
Concidit hic pronus iacet ille supinus anhelans
Et leni flatu pellit ab ore nese
Cessit ab ore ōis vultus, splendorq; decorq;
Forma colore caret, vena cruoris eget
Huic aret radix, exiccaturq; medulla
Vtaq: visu rapi contigit ossa cutis
Contrahitq foliis rugis, rugaq; marcescunt
Ex oculis clausis gemmula nulla cadit
Gemmula nulla cadit, vitaq; subsistit indexo
Nullus adest, solito vena tenore caret
Dum spirant sperant, expirantisq; expirant
Flammula pro flatu, pro rore favilla venit
Vos quoq; mutatis qui parvis stipiti grandi
Floribq umbrosa saepe subistis opem
Concidis arboreos alias imitati Caveros
Et premit a stipite tenuta flora suo
Distruptis membris toto dispergeris horto
Cuius fueras decus dira ruina ruis

Dira

Dira ruina ruis simulatq; Floride Floris
Per socius socios fata suprema subit
Hibra delitiae caeq; vernantis Hymetti
Inter quisquilias iam numerandq; opus
Praevenit auroram usq;, moriunq; in herbis
In nec dum vivo semine flora perit
Omine terra malo rimis disrupta fatiscit
Floribus extinctis morte sepulcra parat
Aut si non fallor soror orbatura sororem
A Coelo pluvias ore patenti petit
Spiritus ergo veni nostris adlabere votis
Coge polo nubes imbre rigare solum
Ecce meum cor hiat tot, tantisq; oribus orat
Terra quot in rimas fissa calore patet
Jam varijs animus luget nimiisq; orbus
Qua tellus nimis denudata siflet
Ista quot arescens deposcit ab aethere guttas
Ille tot e Coelo munera diva petit
Magne Pater rerum Divis nam sustulit aethera
In pluvia rorem reddat ut aether aye.
Vale.

Elegia qua pastor gaudet fontis
inundasse campos.

Deposui nuq; mea membra in margine ripa
Rapam decurrens garrula pulsat aqua
Unda

Unda fuit mea reliquis resonantior undis
    Cum saxis fossis unda retusa sonat
Illa magis solito est mihi voluere visa lapillos
    Vocibus undisonis talia ferre nova
Evigila, gaude iam iam tua vota repleuit
    Invenere preces, quem cupiere locum
Auster collectis dimisit nubibus imbres
    Imbribus hybernis aequora vasta tument
Nascitur inde frequens salientis fontis origo:
    Quae stetit ante silens nunc animata fluit
Inde madent valles, montana cacumina sudant
    In campos abeunt qua via cumque patet
Excitor, exilioque novo sub pectore plausu
    Inque pedes surgens erigo corpus humo
His ita dunatis palmas ad sydera tendo
    Munereque pro tanto Numen honoro meum
Hinc moenibus plaudens fluvio bona nuntia mando
    Ut celeri cursu transferat illa mari
Transferat ut Neptunina, nimphisque marinis
    Servus, et mancipij paucula verba sui
O Regina maris quali in te laude resurgam
    Laude in te quali, quo tibi dona ferar
Iustitia exurit flagrans mihi pascua Titan
    Crimina nam flammas has meruere mea

Vota

Vota, precesq: dedi ad clementia Numina Coeli
Vmbras ut faceret, mihi imbre meis
Numina sed frustra clementia trina proposci
Crimina verum umbras n meruere mea
Incassum à Coelo nubes, à nubibus imbris
Speraui, hinc pecorum deperiere dapis
At tibi uix gemebunda rogans suspiria misi
Commiserans misero nuntia grata refers
Nuntia grata refers uotis maioraq: praestas
Et superas donis uota, precesq: ouilis
Tu mariane uides oculis queis nuntie, quotq:
Fontibus, et quantis singula saxa scatent
Quam uarij fontes saliantq: cadantq: fluantq:
Quam bellis resonent saxa retrusa sonis
Riuulus istic soluit in clivum conglomerat altos
Persenbo casu concauat istic scrobes
Hic Labyrintheis gyris decurrit in arua
Et moribunda siti gramina fonte rigat
Hic lauat infectum deformi puluere gramen
Semianimis istos recreat ille uiros
Hic animas reuocat fugientes ex limine mortis
Instillans primo deficienti noream
Iam madidi florent ualles, collesq: uirescunt
Qua prius usta fuit nunc niger herba uirens
Qualiter

Qualiter expeditis ramis innixa senilis
    Damula lascivians colligat ore dapes
Qua rapide modo collectas bos ruminet escas
    Quamque agili modo dentibus agna metat
Ut lati saliant concussis ~~[illegible]~~ cornibus edant
    Plausus, et resonent gaudia voce sua
Hac mea non dederas surdis mandata procellis
    At aurita mihi visa procella fuit
Typheus ei cedat, cedat piscator Orion
    Cum sibi squamigerum paruit undae genus
Audior Eurus tantus Nymphis, sed nuntia mitto
    Flumina mandatis obsequiosa meis
Fluctibus erectis mura auscultantis ad instar
    Haeret, iam lapsis annuit illa cadens
Murmure iam strepit multo collisa lapillis
    Quae dederas memorat iussa ferenda mari
Inde strepens currit reliquis velocior undis
    Dilabiturque nimis nuntiatura mari
Perge beata latice, ~~[illegible]~~ cursus properaque volaque
    Sit fautor ventus, prospera sitque via
Si forsan lateribus impingas nescia saxum
    Non nisi quae iussi nuntia dulce canas
At saepe impingas marinaque dona serense
    Quo ... volues hoc resonare iube.

Elogio

di Manuel Ignazio Lorenzo